





Boanit M. Ferd. Luit.,  
De camera imperiali  
in causa sacra s. ecclesie  
astici non judicante,  
si invocata fuerit, queri-  
vant, ut boachium  
recutare.

Wechlar 1759. 4°

<sup>3</sup> Mayus. Von Leben & prim  
1857.

Mab. 47. v.

John Foster  
W. H. Brant

L N I.

# C A P V T I.

*De statu iurisdictionis sacrae sue ecclesiasticae in Germania, comparete ad iudicia imperii, caussisque ecclesiasticis a supra eorum iurisdictione exceptis.*

§. I.

**Q**uemadmodum vetusta iam est illa *clericos* inter & *laicos* (*a*), vt audiunt, *sacerdotium* inter & *imperium* (*b*) distinctio, ita dispar est, & inualuit iam pridem caussarum *civilium* atque *ecclesiasticarum* ratio.

- (a) S. HIERON. epist. ad Nepotian. vid. quoque PETR.  
DE MARCA de discrim. cleric. & laic.  
(b) HOSIVS Cordubensium antistes ad Constantim. M.  
SOZOM. histor. eccl. lib. VI. cap. 7. S. IOANN. DA-  
MASCENVS orat. II. de imag. IVSTINIAN. IMPER. nou. 6.  
pr. PETRVS DE MARCA, qui de concord. sacerdot.  
& imper. integrum tractatum. Parisiis. 1641. 4tō.  
edidit; qui postea ibidem 1663. & 1704. auctus & in  
folio recusus est.



ratio. *Hæc enim numquam coram iudice ciuili*  
*sue laico, sed semper coram religioso, id est*  
*ecclesiastico agitandas, solum vero in illis per-*  
*missum esse laicis iudicium vetus est doctrina,*  
*scitis pontificum confirmata (c), a qua in vni-*  
*uersum & hodie nondum facta est discessio.*

## §. II.

(c) Toto tit. *decret. de officio iud. ord.* Add. *canon. 9.*  
*quaest. 3. constitut.* BONIFACII VIII. extrauag. comm.  
*lib. I. tit. 8. de maiorit.*  $\mathfrak{D}$  obed. cap. 6. X. ibid. cap. 13. X.  
*qui fil. sint legit.* Ipse LUDOVICVS BAVARVS, dum  
 contra pontificem acerrime dimicaret, doctrinam  
 hanc direcete impugnare visus non est, sed cauſas  
 tantum quasdam perperam inter ecclesiasticas referri  
 statuit. Imo nec cauſas etiam *matrimoniales* gene-  
 ratim a cauſis ecclesiasticis eximere eum voluisse ex  
 scriptis viri, qui a consiliis ei fuit tum temporis,  
 MARSILII videlicet *Patauini*, est colligendum;  
 Dum enim Margaretha vulgo MAVLTASCHIAE  
 Karinthia & Tyrolis ducis filiae litem cum marito  
 eius IOANNE regis Bohemiae filio ad se trahere,  
 eamque ab illo separare intenderet, huius rei colo-  
 rem in eo quaesivit, quod cauſae quaedam matrimo-  
 niales, vii haec, ex lege humana diiudicari debere  
 videantur, veluti si impotentia, adulterium, odium  
 &c. vt cauſae diuortii allegentur; si vero in cauſa  
 diuinae legis ex capitibus diiudicanda cardo rei, ve-  
 luti in sanguinis coniunctione propiore &c. versetur,  
 aliter eum sensisse, non inepte concludi posse per-  
 suasum habeo ex eiusdem MARSILII tractatu *de iu-*  
*risdicē. imperat. in cauſis matrimon.* apud MELCH.  
 GOLDAST tom. II. monarchiae pag. 1389.

§. II.

Qualiacumque enim & reges principesue aut exercuerint quondam, aut adrogauerint sibi circa sacra hominesue relligiosos iura, qualesque etiam diuersos inter ordines illos sacerdotium nempe & imperium contentiones inde ortae sint (*d*), non nisi integro tamen relligionis diuortio, & ne hoc quidem in vniuersum, detrudi potuisse dogmata illa facile patet, quae ipsis Germaniae ad Christi fidem conuersae incunabulis aequalia, continuoqe a diuini verbi ministris, magno semper apud Germanos pretio habitis, gregi tradita, caput relligionis sacrique iuris vbiique tum regnantis praecipuum semper effecerant, tantaqe proinde constantia seruabantur, vt & ipsi principes & sacrum fulmen, & diras populi, & optimatum turbas (*e*) non

B

effu-

(*d*) Vid. CHRISTIAN THOMAS. *hist. content. inter sa-*  
*cerdot. & imper.*

(*e*) Notiora sunt exempla ex historia imperii, quam vt  
singula latius deducere animus sit. Quodsi enim ful-  
mine sacro semel feriti erant imperatores regesue  
Germaniae, quod effugere his in euentibus vix po-  
terant, a fide praestra, & subiectionis lege vel ipso  
eo simul liberabantur ordines, quorum nonnulli suae  
a regibus defectionis colorem inde hacten infre-  
quenter admitebantur mutuari; vt itaque vel tristissima ex-  
pertit.

10 CAPVT I. *De statu iurisdictionis*

effugerent, si vel aliquando aspernari principia illa viderentur, vt tristia Ludouici Bauari (f) aliorumque exempla demonstrant.

§. III.

perti sint caesares, si peruicacius principiis alienis insisterent, vel, quod plerumque tandem factum, ecclesiae eiusdemque praeceptis & dogmatibus submittere se se demum fuerint coacti. Sic Henrico IIII. obedientiam ea propter recusabant non pauci principum, donec reconciliatione facta diris & exsecrationibus ecclesiae Canossae in arce Mathildis a Gregorio VII. esset solutus. Imo, qui Forchhemii congregabantur postea, cumque electo in eius locum Rudolpho Sueviae duce regis affine deposituerant, ordines, non aliam eius rei caussam adlegabant, quam quod ab Italibz incitatus, in pontificem eiusque dogmata denuo insurgere meditaretur. Paria acciderunt Friderico I. cui, simulac Alexander III. fulmen sacrum iniiceret, ab Anconitanis aliisque Italiae ciuitatibus denegata fuit, subiectio. Nec aliam Henricus Leo defectionis suae a Caesare rationem praetendebat. Imo Philippo ea de caussa Ottонem praefererebant ordines, nec nisi plene soluto exsecrationibus detulerunt obsequium; exempla Henrici VI. & Friderici II. aliorumque, vt taceam. Vid. solum IOAN. IACOB. SCHMAVSS kurtzer begrif der reichs-hift. periodo V. VI. & VII.

(f) Tristissima sane inde fuerunt prae ceteris principiis huius, sacrae potestati tam inimici, fata. Non enim fulmine solum sacro plus semel ea propter percussus, sed & impii eo nomine dogmatis redargutus & damnatus a Ioanne XXII. cum asseclis suis & defensoribus

Marsilio

§. III.

Quamuis etenim hodiernis etiam temporibus inseguuta lugeatur reformidata illa religionis diuisio, atque aegrius proinde ferantur a plerisque eorum, quos aliis noua relligio dogmatibus imbuit, scita illa clericorum inuentioni adrogantiaeque adscribi solita (g), quod ad

B 2 eos

Marsilio Patauino & Ioanne Ianduno acerba sane & moestissimi euentus plena perpeffus est. Vid. denuo solum SCHMAVSS l. l. periodo VII. ab anno 1323. usque ad annum 1347. minus enim dubia haec sunt omnia, quam vt scriptores eius temporis ea propter euocare necessarium sit.

- (g) Sic distinctionem illam columnam arcanorum politorum cleri adpellat. THOMAS in *notis* ad LANCELOTI *institut.* iur. canon. lib. 1. tit. 4. sect. 2. not. 41. Add. EIVS *dissertat.* de iure princip. circa sacra. Videre etiam poteris. MICH. HAVEMANN de *iure episcop.* tit. 1. §. 2. IVST. HENNING. BOEHMER in *iure ecclesiast.* protestant. item in *dissertat.* ad PLIN. II. VI. pag. 316. vt & in *notis* ad PETRVM DE MARCA. CASP. ZIEGLER in *dissertat.* de iurisdict. & iudic. episcop. inserta eius tractatui de *episcopis.* HENR. HENNIGES de *summa imp. potestate circa sacra.* CHRIST. MATH. PFAFF in *orig.* iur. eccles. CHRIST. EBERH. WEISMANN *introduct.* in *memorab. eccles. histior. sacrae.* SAMVEL L. B. DE PVFFENDORF de *monarch. pontif. rom.* GOTHOFR. ARNOLD vom verderbten *zustand der kirche zu zeiten Constantini magni lib. VIII.* alios

eos tamen, qui antiquis sacris restiterunt iniciati, non tantum inconcussa remanerunt illa sacri, seu canonici iuris placita (§. I.), sed & in foris eorum, qui sacra noua professi sunt, nondum euulsa adeo sunt doctrinae huius radices & reliquiae, ut & hodie inter eos distinctio illa ordinum, caussarumque inde emergens discrimen penitus ignoretur. (b)

## §. IIII.

*Suspensa* (i) nempe est quidem in sacra & personas eorum conuentione Passauensi (k), ferita-

aliasque. Substituunt hi distinctionem inter docentes & discentes, THOMASIVS de offic. principis circa aug. salar. & honor. ministr. eccles. §. 26. seq.

(b) Verba sunt DAVIDIS MANSVETI de S. Germanis de abusu brach. secul. in foris protest. cap. 1. thes. 1. 14. c. „ nihilominus tam in thesi, quam praxi etiam post reformationem haec distinctio a nostrisibus relata fuit, & ad nostra usque tempora propagata. Vid. quoque SAMVEL STRYK de reliqu. sacram matrim. in foris protest. cap. 1. §. 2. & THOMASIVS de iure princip. euangel. circa heret. §. 20. §. 66. seq.

(i) Ipsa sanctio vtitur hoc vocabulo. Minus recte ergo additur aut substituitur aliud, ut agere videtur.

HENR. L. B. DE COCCEII in iur. publ. prudent. cap. 22. §. 8. & FRID. PFEFFINGER ad VITRIAR. lib. III. institut. iur. publ. tit. 2. §. 60. pag. 285. & 292. Vid.

quoque ZIMMERMANN in vindic. Hildesien. pag. 134. (k) Vid. recess. imper. Augustan. de anno 1555. §. 20.

feritaque Monasterii pace (l) *vetus* (m) illa  
summi pontificis praesulatumque, *qua talium* (n)  
*iurisdictio*, dispositumque, *vt cum iure dioce-*  
*sano,*

B 3

- (l) *Artic. V. §. 48.* Add. HENNIGES in *meditat. ad instru-*  
*ment. pac.* hoc articulo, & qui plenissime eum expli-  
cauit, IOAN. IACOB. JOSEPH. SÜNDERMAHLER de  
*suspensa iurisdict. eccles.* Wirceb. 1753. cui iungi potest  
GEORG. FRANC. NELLER de *iur. diceces. S. R. I. sta-*  
*tuum protestant.* Mogunt. 1751. §. 16.
- (m) BOEHMER *iur. eccles. protestant.* lib. I. tit. 31. §. 24.  
Ab ea enim differt *noua* ex superioritate territoriali  
nunc profluens. IDEM ibid. §. 43. 44. §. 45.
- (n) Loquor cum illustr. LVDOLFO loco mox laudando.  
*Tam enim Augustan. confess. addictis quam catholicis*  
*placet principem, qui vtrunque gladium temporalem*  
*videlicet spiritualem gerit, sustinere dupl. per-*  
*sonam principis & episcopi NELLER c. diss. §. 7.*  
BOEHMER *iur. eccles. protestant.* parte I. lib. I. tit. 31. §. 19.  
IO. WOLFG. TEXTOR de *iur. episcop.* in *terris pro-*  
*testant.* thes. I. Non ergo dubitatur praesules *qua*  
*principes aut dominos temporales in ciuilibus & politicis*  
*iurisdictionem habere in ciues etiam Augustan. con-*  
*fess. addictos, vtrum vero etiam in sacris?* Id recen-  
ter principi aut domino catholico cuicunque in Au-  
gustan. confess. consortes disputatum. Vid. GEORG  
ERN. LVD. PREVSCHEN *dissertat. de principe cathol.*  
*circa matrimon.* subdit. protestant. §c. sed contrarium  
IO. IACOB MOSER in libro cui titulus: *die aufs*  
*allerbest gegründete iurisdictio eccles. cathol. landesherren*  
*veber ihre protestirende unterthanen.* 4to. Nürnberg.  
1726. statuit. Vid. etiam RUPERT. SCHAEFFER *dif-*  
*fertat. de maioritate & obedientia.* Wezlariae. 1755.

sano, vt vocatur, ea iurisdictio intra terminos cuiusque territorii se se continere debeat; at non cessauit tamen ideo non solum omnis, quae & fuerat hactenus, caussarum illa ordinumque dissimilitudo, sed & a nonnullis nouam demum relligionem professis (o), ad ipsius, vt videtur, confessionis Augustanae (p) mentem retenta, obssidentibus licet plerisque aliis recentioris aetatis in-

(o) Praesertim IOAN. BENED. CARPOVII in *dissert. de iure decid. controu. theolog.* aliisque eius libris. Eum vtpote pragmaticum magni nominis sequuti deinde sunt multi alii, & minus contenti ea propter cum eo fuerunt THOMASIVS in *scholiis perpetuis dictae dissertationi subiectis.* Item MANSVETVS DE S. GERMANIS a. *dissertat.* aliique.

(p) Verba editionis latino - germanicae theologorum IOANN. GEORGII saxon. ducis de anno 1628. haec sunt: „Nonnulli incommode commiscuerunt potestatem ecclesiasticam, & potestatem gladii . . . Itaque nostri ad consolandas conscientias coacti sunt offendere discriminem ecclesiasticae potestatis & potestatis gladii . . . Politica administratio versatur circa alias res, quam euangelium. Magistratus defendit non mentes, sed corpora & res corporales . . . Non igitur commiscendae sunt potestates ecclesiasticae & civilis . . . Discernunt nostri utriusque potestatis officia, & iubent utramque honore afficere & agnoscere, utramque DEI donum & beneficium esse . . . & denique discerni debet imperium ab ecclesiastica iurisdictione. &c. &c.

tis interpretibus (*q*) vsu ipso, sive in praxi, vt vocant, auctoritate ferme & costodiam quasi popularem consequuta est. (*r*)

§. V.

Inde enim factum est I., vt a plerisque Augustan. confess. explanatoribus adsereretur quidem principi aut domino politico, cuiuscumque demum sit generis (*s*), vtraque illa in ci-  
ues

(*q*) Sic ea de causa leguleios & rabulas vocat THOMASIVS CARPOVII sectatores, *qui opus eius iurisprudentiae ecclesiasticae hodiernum*, vt libellum symbolicum articulos fidei continentem, exscribere soleant, *Et tantum non adorent scilicet*. Vid. EIVS hist. content. inter sacerdot. *Et imper.* pag. 644. Sed ipse tamen pati debuit, sicut in praefatione dicti libelli fatetur, vt communis persuasio haec tenus in academias protestantium contra eum regnaret.

(*r*) Vid. GEORG MELCH. DE LVDOLFF in dissertat. de iurisdict. official. in causa civ. aphorif. III. in EIVS obseruat. lib. I. obseruat. 110. Vbi vt receptam ponit hanc doctrinam. Adde MANSVET. DE S. GERM. supra (§. 3.) lit. n. laudatum.

(*s*) Sic praeter THOMASIVM, TABOREM, LYNCKERVM, BOEHMERVM, FELTZIVM, STRYKIVM, TEXTOREM, L.B. DE COCCEII, NETTELBLAT, EVERHARDVM OTTONEM, GOCKELIVM, MÜLLERVUM, PETR. MASCOVIVM, aliasque, qui generatim de iure hoc & potestate statuum Augustan. confess.

16 CAPVT I. *De statu iurisdictionis*

ues suos tam in sacris, quam ciuilibus iudicandi potestas, vt tamen II. non idem ab omnibus ambarum fons agnosceretur (*t*) sed, *hanc* ab *illa* origine, officio, fine ac modo discretam esse (*u*), atque ideo III. comparatione ad

vtram-

feſſ. addictorum ſcriperunt, ſpeciatim de iure principum circa ſacra egit CHRISTOPHORVS LEMMIUS sub praefid. AVGUSTINI STAEGEMANNI. Gryphiswald. 1714. & HENR. ERN. KAESTNER. Rintelii. anno 1700. *De iurisdictione eccles. nobilibus imper. competit.* IOANN. CASPAR VNRATH. Halae magd. 1740. *De exercitat. iur. circa ſacra ciuit. imper. lib. protestant.* CHRISTIAN WILDVOGEL lenae. 1713. *Imo de pagorum imper. immed. iure circa ſacra* IMMANVEL WEBERVS. Giessae. 1717. Nec ſexum iuris huius exercitio obſtare ad normam horum principiorum apud eos dubium non est.

(*t*) *Sic BOEHMERVS aliique ſuſtinent fundamentum eius* eſſe *imperium ciuile. Institut. iur. canon. lib. 1. tit. 1.* Alii vero id eſſe tradunt *ex paſto & obſeruantia.* Vti laudatus BOEHMERVS ipſe refert, communem hanc eſſe aliorum ſuae relligionis interpretum doctrinam. *Iur. ecclesiast. protestant. parte 6. lib. 1. tit. 31. §. 22.* Alii iterum ex *iure collegii* id deſcendere adferunt. IOANN. GEORG ESTOR in *iure publ. eccles. protest.* & cum eo nouioris aetatis plerique. Tutiū adhuc *ex iure maiestatis & collegii ſimil.* ita, vt iura ex vtroque ortā diſtinguantur, per ill. IOAN. VLR. L.B. DE CRAMER obſeruat. *iur. uniuers. 419. de effectib.* *iuris diſtinctionis inter ius circa ſacra colleg. & maiest.* Item opusc. tomo II. obſeruat. 4. (*u*) CARPZOV, lib. 1. *iurispr. confit. def. 11. num. 14.*

vtramque facta diuersam talem dominum personam sustinere non solum (v), sed & eadem ex ratione dominum territorii IIII. non uno eodemque iudicio exercere has potestates posse, sed diuerso opus esse tribunali (x), crederetur.

§. VI.

Adornata ergo ab ordinibus Augustan. confess. addictis, plerumque ea de caussa, pro negotiis ecclesiasticis ciuium subiectorum non tantum V. aequae distincta a ciuilibus, & peculiaria sub consistoriorum (y) maxime nomine iudicia, aut saltem factae delegationes (z), sed & VI. vel in vniuersum, vel aliqua saltem ex parte ex ecclesiasticorum suae religionis ordine constitui ea debere, creditum (aa), aut saltem VII.

C

haut

(v) CARPZOV. loc. citat. BOEHMER loc. citat. §. 19. TUTOR de iure episcop. in terris protestant. thes. I.

(x) CARPZOV. l. c. & IOAN. WOLFG. IAEGER de iure maiest. circa sacra.

(y) Prouti id tradunt STRYK de reliqu. sacram. matrim. in foris protestant. cap. 2. §. 6. Item in dissertat. de orig. usu iurisdict. eccles. BOEHMER l. libro I. tit. 28. §. II. IOAN. GABR. WOLFF institut. iurisprudent. eccles. lib. III. cap. 1. §. 3.

(z) Ut in ciuitatibus quibusdam imperii liberis aliquando conspicitur.

(aa) CARPZOV. & cum eo adhuc plures.

haut temere minimum in eiusmodi controuer-  
siis statutum quid, piam a ciuili magistratu, nisi  
ecclesiasticorum prius, aut facultatis cuiusdam  
theologicae suaे relligionis oraculum expetiis-  
set. (bb)

### §. VII.

Et quamquam omnes in iis, quae dicta  
sunt hactenus, alterius relligionis doctores haut  
conspirent (cc), maximam tamen partem ob-  
seruari sic ea in hodiernum usque diem conspi-  
cies. Ut ergo exiguum minime, ac pristinum  
ferme remansisse inter utramque tam persona-  
rum quam caussarum classem discrimen, etiam  
apud Augustan. confess. consortes, haut sine  
ratione possimus adseuerare. (dd)

### §. VIII.

(bb) Sic ut ut Hamburgi caussae ecclesiasticae a magistra-  
tu ipso decidantur, peti tamen solet in iis ecclesiasti-  
corum consultum. Vid. IAC. GEORG. BERCKEN-  
MEIER de iure circa sacra in lib. republ. Hamburg. cum  
iurisdic. ciu. conn. Gießae. 1725.

(cc) Sic consistoriorum necessitatem negat. GOTTLIEB  
GERH. TITIVS in der probe des geistlichen rechts lib. I.  
cap. 6. §. 1. BRENNISEN im recht euangelischer fir-  
sten in theologischen streitigkeiten thes. V. num. II. THO-  
MASIVS de iure princip. euangel. circa sepultur. §. 18.  
fēq. ITEM, de foro competent. & subiect. clericor. pro-  
testant. cap. 3. §. 3. Adde BOEHMERVM l. l. §. 17.

(dd) Sunt sane plurimi inter eos & magni profecto no-  
minis,

§. VIII.

Admissum igitur vltro, & indubitatum ferme in vtriusque relligionis foro & praxi est hodie axioma: *in negotiis ecclesiasticis ad ciuillem haut pertinet magistratum iurisdictio, sed peculiarem hae caussae & proprium sibi exposcunt iudicem, quamcumque etiam instantiam mediteris.*

§. VIII.

Indoles enim, & qualitas hisce caussis propria & singularis adseritur, quae id exigit, & apud priscae relligionis sectatores ex iuris quidem sacri dispositione (ee) (§. I.) descendit, apud alios vero ipso (quod sufficit) *vſu plerumque fundatur.*

C 2

§. X.

minis, qui de iis, qui haec principia aspernantur, acerbas fane querelas motient. Vide *ipsam confessio- nem Augustan.* supra excerptam eiusque auctorem PHILIPPVM MELANCHTONEM in epift. ad Camerar. ea propter amare conquestum. Adde IOAN. CALVINVM lib. III. institut. cap. II. IOAN. LEONH. FROEREISEN in orat. academ. habita 9. Maji 1743. IOAN. FECHT. apud LOESCHERVUM in praefat. ad Timoth. Verimum. Imo adeatur ea de re ipse. THOMASIVS in praefat. historiae suae contentionis inter sa- cerdot. & imper., vbi plures adducit.

(ee) Canon. cum ad verum distinet. 96. CHRISTVS IESVS aetibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discrevit. Adde cap. 6. de maior. & obed. §. 4.

## §. X.

Facile ergo patet, quare & supremis imper. tribunalibus in *caussis ecclesiasticis* vix quae-dam largiatur iurisdictio, siue per adpellationem siue per aliam fortassis viam caussa eo deduci velit. (ff)

## §. XI.

Quod ad catholici nominis consortes enim spectat, res dubio caret. (gg) Quod si vero Augustan. confess. adscriptorum caussa vertatur, quid tunc iuris? Rx. Idem dicendum erit vsu ipso, siue *in praxi* ut vocant. Quod ad personas enim eorum attinet, eorum duplex consideranda se offert classis, sunt enim generatim alii *proxime* supremis imperii iudiciis subiecti, alii non item, sed *domino quodam* adhuc *interveniente*. Illos *immediatos*, hos vero *mediatos* vocari, in vulgus notum est. (bb)

## §. XII.

(ff) *Concept. ordinat. camer. parte II. tit. 1. §. vlt. ILICO VMMIVS process. iudiciar. disputat. 4. thes. 13. IACOB BLVM process. camer. tit. 43. §. 14. 19. & seq. & cum eo iuris cameralis scriptores plerique. Add. DE LVDOLF commentat. systemat. pag. 216. & quod ad confilium imper. aulicum pertinet IOAN. CHRISTOPH ab VFENBACH de consil. imper. aul. cap. V. 52. Vid. tamen (§. XXXXIII.) infra.*

(gg) BLVM. l. l. §. 15.

(bb) IDEM l. l. tit. 26. §. 39. seq.

§. XII.

De *bis* iterum sermo esse nequit, ad iudicia quippe domini sui ecclesiastica, sive consistoria pertinentibus (§. VI.) (ii), a quibus in sacris ad iudicia imperii, vtpote ciuilia tantum, non datur prouocatio (§. VIII.) (kk), vtut cognitio in eiusmodi consistoriis etiam personis vel mere, vel ex parte (ll) saltem ciuilibus esset demandata, aut iudici ordinis politici facta delegatio. (§. VI.)

§. XIII.

*Illorum* duplex iterum est ratio: Eorum videlicet qui *immediati* nominantur *proprie sic dicti*, id est *utrique supremorum imperii tribunialium subiecti* (sive austregis praediti sint, sive non sint, aliorum vero qui *alterutri tantum* subsunt, & personas ad unum alterumque spectantes efficiunt, quosque ideo, ut *immediate camerae*, vel *iudicio imper. aulico subiectos* potius, quam *immediatos nomines*, magis profecto conuenit. (mm)

C 3

§. XIV.

(ii) IDEM l. l. tit. 43. §. 15.

(kk) An & quatenus *ex capite nullitatis?* de hoc infra dicendi erit locus.

(ll) ANDR. GAIL libr. I. obseruat. 38. num. 7.

(mm) BLVM tit. 26. §. 2. Ceterum nihil interest, vtrum reuera

## §. XIII.

*Hos* denuo subiici in sacris summo, cui adscripti sunt; imperii tribunali (collegium nimirum *vniuersum*, quo & catholicae religionis membra pertinent, si sumas) non patiuntur Augustan. confess. addicti (§. XXXI. XXXII. & XXXIII.), paritatis & securitatis (*nn*) religionis suae in pacis Westphalicae tabulis stabilitae rationem praecipue vrgentes. *Illorum* vero aut ad caesarem supremae eius imperiique tribunalia statim pertinent alioquin negotia. Sed neutrum etiam eorum omnium in sacris quidem ob eamdem rationem agnoscant iudicem; quamquam aliis in eiusmodi caussis lege minimum imperii quadam non detur (oo), variisque Augustanam confessionem etiam professi interpres pro uno alteroue horum iudiciorum depugnant,

---

reuera sint personae iudicii, eidemque iuramento adscriptae, vtrum vero alio modo ad eius jurisdictionem tantisper pertineant, de his enim, quamdui dictae jurisdictioni subsunt, eadem tamdui erit obseruanda ratio. IDEM §. 3. 4. 5. 8. § seq.

(nn) IOAN. STEPHAN PÜTTER *introduct. in rem iudiciar. imper. §. 137. I. §. II.*

(oo) Vnde absque superiore hac in re esse Augustan. confess. addictos statuunt nonnulli. Vid. GODOFRED.

DANIEL HOFFMANN *de independentia juris circa sacra statuum ordinumque imper. German. euangel. intuitu imperat. § imperii. Tubingae. 1739.*

nent, vt infra de caussis speciatim matrimonialibus immediatorum Augustan. confess., quas ea quidem ratione inter caussas quoque ecclesiasticas, vt speciem sub suo genere, comprehendi volunt, latius adparebit. (§. XXVIII. & seq.).

§. XV.

Adhuc hodie ergo perquam sollicite segreganda sunt *civilia* ab ecclesiasticis negotiis, horumque alia prorsus ac illorum habenda est ratio. (pp)

§. XVI.

Quemadmodum enim, vt caussae *huius generis* a *civili* disceptentur iudice, earum ratio qualitasue non sustinet (§. X.), ita etiam *illa*, vt *ecclesiasticus* hodiecum discernat *iudex*, & *qua talis* quidem, tum iurisdictionis inde pertimescenda intollerabilis confusio, tum leges imperii publicae, tum aliae etiam rationes haut permittunt. (qq)

§. XVII.

*Vbi ergo de lite personae ecclesiasticae qua tali* (rr) *vt dici fuerit, intentanda agitur,*  
*aut*

(pp) DE LVDOLF obseruat. forens. lib. I. obsernat. X.  
aphoris. I. seq.

(qq) DE LVDOLF l. l. aphoris. III.

(rr) Id est occasione officii sui vel muneris ecclesiastici. Huc perti-

aut de re etiam religionis spirituali aut ecclesiastica principalis vertitur quaestio, quia causa est ecclesiastica, civilis quilibet sive summus sive minor a cognitione abstinebit magistratus, ac proinde iudicia etiam imperii. Vbi vero de qualitate in iudicium vocatae partis reiue in litem deductae ecclesiastica non quaeritur, toties, quia inter civilis solum negotii terminos quaestio sese continet, ecclesiasticus etiam perperam sibi iuris dicundi facultatem adrogabit iudex, & iustis ea propter, si ingerere sese non desistat, remedii omnino coeretur.

§. XVIII.  
Facile iam ex praemissa caussarum ecclesiasticarum definitione liquet, quaenam intra numerum

pertinere etiam magistros scholarum, aliosque ministros ad ecclesiam pertinentes noto notius est. Ergo caussae magistrorum scholarum qua talium ad iudicem ciuilis non pertinent, nec per adpellationem eo deduci possunt. Hinc in caussa Georg. Frid. Richertz contra Stadt Hamburg vnd das Scholarchal-collegium dafelbst ad cameram non pertinere iurisdictionem contendebant Hamburgenfes. Vid. *wahrheits vnd actenmaessige vorstellung dieser am hoechstpreijlichen kaiserlichen vnd reichs canimergericht anmaesslich angebrachten schul- und consistorial-sache* T. c. f. 37. pag. 27. vbi quaestionem hanc tam quod ad catholicos, quam quod ad Augustan. confess. addictos spectat, latius pertractatam & ex principiis genuinis decisam reperies.

merum earum referenda sint negotia, & a quibus civilis deinde magistratus etiam supremus in imperio manum abstinere debeat.

§. XVIII.

Inde enim primum est, *caussas non aestimari ecclesiasticas a persona iudicis, sed a rei in iudicium deductae vel personae in litem vocatae qualitate.*

§. XX.

Tametsi ergo iudex ecclesiastici ordinis apud catholicos iure etiam, ne dicam iniuria, caussam aliquam ad tribunal suum pertraxisset, non ideo tamen caussa erit ecclesiastica, in qua post latam demum sententiam ad pontificem procederet prouocatio, sed reuera esse poterit civilis, in qua, si salua sint reliqua, aditus ex iniquitatis etiam capite ad suprema imperii tribunalia vel minime interclusus est.

§. XXI.

Dantur enim iudices etiam ecclesiastici ordinis in Germania *officiales* nimirum, vt vocari assolent, quibus civilis data est iurisdictio (ss), sed ita tamen, vt caussae illud rationes

D non

(ss) In solis tamen regionibus, quorum dominus est ecclesiastici ordinis. Alibi enim in imperio non intenuntur. DE LVDOLF l. l. aphor. 4. Rationem, cur

non infringat, adeoque aliter illos, ac ea quidem ratione mere ciuiles considerari haut opporteat.

### §. XXII.

Negandum quidem non est haut exiguas inde iam extitisse contentiones (*tt*), iudicio-  
rumque

cur in ciuibibus, quoque iudices dentur in Germania ecclesiastici ordinis, si a me quaeras, haec est: magna fane antiquissimis iam temporibus erat in Germania ministrorum sacrorum auctoritas, magna populi erga eos obseruantia. Creuit illa adhuc, dum eiuratis falsorum numinum superstitionibus sacrorum antistitum ope Christo nomen fidemque Germani dederant. Quidquid erat praeterea tum temporis scientiae & litterarum, fere solis sibi vindicauerant sacerdotes, ordinisque religiosi homines, qui oraculi ad instar habebantur, & ad tribunalia non tantum ea propter sed & ipsa reipublicae munera praestantiora admoti partem eius simul praecipiua effecerant. Ad haec innotuit postea *episcopalis*, vt vocabatur, *audientia*, quae per prorogationem ad cauissas etiam ciuiles perdueta, in iurisdictionis demum speciem non abiuit tantum, sed & a praesulibus per vicarios exercita, tractu temporis ita firmata est, vt, licet *delegata* fuerit solum ab initio vicariorum eorum ratione, postea tamen ordinaria euaserit. Vid. HERMAN. CONRING de *iudic.* vet. german. reipubl. IOAN. NICOL. HERT de *consult.* legib. § *iud. in special. imper. Roman. German. rebus publ. tomo II. lib. 3. tit. 1. §. 30. seq.* DE LVDOLF l. l. *aphorif.* 5. seq.

(*tt*) Ad defendendas ad pontificem appellations ab offici-  
cialibus

rumque inter se conflictus, vt melius profecto foret, si ad euitandam omnem confusionem ciuilis ciuilibus, ecclesiastica ecclesiasticis daretur personis iurisdictio (*uu*), at temporis tamen, priuilegiorum, ipsiusque rei publicae nostrae ratio (*§. praeced. ss*) iudicu[m] id genus firmauit adeo, vt optimo maximo iure potestatem in ciuilibus hodieum exerceant, dummodo iustos intra limites eamdem contineant.

D 2

§. XXIII.

cialibus in cauissi ciuilibus integrum tractatum scripsit senatus purpurati pontificii membrum (cardinalis nimirum) IOSEPHVS SACRIPANTE *de iurisdictione ecclesiastica circa appellationes in cauissi profanis.* Quae vero inter officialem Leodiensem & Colonensem fuerint turbae & contentiones ratione appellationum *ab hoc a sententiis illius* in cauissi etiam ciuilibus ad se pertractarum, & quomodo legibus imperii publicis adeo, aliisque remediis huic confusioni, quae iurisdictioni quoque supremae imperatoris & imperii non nocere non poterat, occurrentum fuerit, tandem que datum sit praefidium, latius, & vt nihil par sit, enarrat DE LVDOLF l. l. aphorif. 9. *vsque ad finem totius obseruationis.*

(*uu*) IDEM l. l. aphorif. 3. Sic & non conuenire apud Augustan. confess. confortes, vt ciuilibus solum personis repleantur consistoria, aut ab iis vnicce decidantur cauissae ecclesiasticae, ex eadem ratione liquet. Fatetur id MANSVETVS D E S. GERMANIS l. *supra l.* Et cauissas Hamburgenses ecclesiasticas facilius ea propter pertrahi posse ad suprema imper. tribunalia, cauissa *supra* (*§. XVII. rr*) allegata demonstrat.

## §. XXIII.

Quemadmodum vero *caussa ecclesiastica non aestimanda* erit *a persona iudicis* (§. XVIII. seq.), ita ex eodem, vnde hoc deduximus principio (§. XVII.) in aperto simul est, in indaganda eius qualitate *non respiciendum* quoque esse *ad personae* in iudicium vocatae vel *vocandae ordinem atque conditionem illam, quam alias sustinet, sed ad eam vnicē, qua ipsius litis ratione considerari debet.* (dict. §. XVII.)

## §. XXIV.

Quodsi enim qualitas ea, qua ipsius litis ratione spectari debet, erit ciuilis, *caussa etiam ceteris paribus erit mere ciuilis, si vero ecclesiastica, caussa etiam personae indolem & conditionem sequetur.*

## §. XXV.

Sic ipsa etiam *res* in controuersiam deducta erit consideranda, de qua, vtut spiritualis sit, vt dicunt, siue ecclesiastica, *caussam tamen ecclesiasticam non efficiet, nisi de ipsa eius tali qualitate & quæstiones eo pertinentes ecclesiasticas in iudicio simul mota aut mouenda sit disceptatio.*

## §. XXVI.

*Caussæ religionis erunt proinde caussæ ecclesiasticae a iudice ciuali & summis imper. tribunis sive collegiis.* (xiiij. V. 2)

bunalibus haut definiendae, si de capite quodam  
fidei explicando quaestio sit, baut tamen amplius  
sustinebunt hoc nomen, si defracta pace relligio-  
nis caussa condita, de possessione, turbatione,  
atque querelis aduersus statum relligionis norma-  
lem & generatim, si de facti via compescenda  
(vv) vel abusibus tollendis (xx) aliisue capitibus  
mere ciuilibus (yy) quo & dispositiones

D 3

circa

(vv) *Instrument. pac. Osnabrug. artic. V. §. 32. ¶ 46. seq.*  
*artic. XVII. §. 5. ¶ 6. Recess. imper. nouiss. §. 193.*  
Vid. quoque IOAN. FRID. HARPPRECHT AB HARP-  
PRECHTSTEIN de utilitat. ac necessitat. remed. prouis.  
in iudic. imper. aul. ¶ camer. cap. 111. §. 3. pag. 29. seq.  
FRID. GUIL. TAFINGER institut. iurisprudent. camer.  
§. 439. Et eatenus quidem iudicium imper. aulicum  
iudicauit, & iudicare optime potuit in notissima illa  
controversia Hohenloica fastorum vulgo calendarii di-  
uersi occasione orta, perill. IOAN. VLR. L. B. DE  
CRAMER obseruat. iur. vniuers. 259. Alias res calen-  
darii ad mere politica fuit relata. commissions - decret  
LEOPOLDI anno 1664. Nunc ad comitia imper. eius  
remissa est decisio. recess. imper. nouiss. §. 158. Vid.  
etiam IOAN. BRVNNEMANN de iure XI. dier. calend.  
subtract. & STRYK us. modern. pandect. tit. de feriis.  
(xx) MICHAELIS conclus. theoret. pract. de J. caesar. ma-  
iest. camer. statuum ¶c. iurisdict. conclus. 41.

(yy) Pro tali etiam habuit iudicium imper. aul. die auf-  
haengung des von Wiesenbutterischen wappenschildes in  
der franzoesischen kirche, quam huic familiae denega-  
uerat magistratus Francofurt. vid. conclusum de 18.  
Marii 1743. apud perill. DE CRAMER obseruat. 420.

circa sacra necessariae, ne quid res publica detri-  
menti capiat (zz) pertinent, quaestio sit. (aaa)

§. XXVII.

Similiter caussae, vbi ad contrahendum  
agitur, aut ad dissoluendum matrimonium, siue  
vbi de ipsius matrimonii substantia (bbb) vt vo-  
cant, cardo litigii vertitur, matrimoniales erunt,  
necessarioque igitur relligiosae & ecclesiasticae,  
quoniam & ibi ex relligionis quodam capite pe-  
tenda est decisio. (ccc) Aliae vero circa ma-  
trimoni-

(zz) Huc pertinet translatio coemeterii Wezflariensis ob  
reformidatam aeris inflectionem extra urbem iniuncta  
magistratui. Eius consecratio tamen relieta fuit Tre-  
uirensium antistiti supremo. Vid. illa, quae ea de  
re inter fiscum camerae, ciuitatem Wezflariensem,  
archipraefulem Treuirensem actis, scriptisue pas-  
sim etiam publicis fuerunt consignata.

(aaa) Huc spectat etiam instrument. pacis artic. V. §. 4.  
& recess. imper. nouiss. §. 124.

(bbb) PETRVS FRIDERVS de process. lib. I. cap. 10. num. 8.  
IACOBVS GRETSEVR de iudice causs. matrimon. Ingolstadii. 1594. ad mentem concilii Tridentini inte-  
gram dissertationem scripsit.

(ccc) Hinc est, quod matrimonium dicatur res spiritua-  
lis & quidem tam apud catholicos auctoritate concil.  
Trident. sess. 8. cap. 12. quam Augustan. confess. ad-  
dictos; apud hos tamen non nisi comparate ad exem-  
tionem a foro ciuili & quasi retorsionis quodam iure,  
vt dicunt. Vid. MARTIN SCHRADER de causs. fori  
ecclie.

trimonium quidem ortae, non tamen eo prae-  
cipue spectantes, & ex iure ciuili vnice deciden-  
dae quaestiones, sive puncta, vt nominant, ac-  
cidentalia, veluti de alimentis praefstandis, libe-  
ris exhibendis, partu agnoscendo rel. aequo min-  
us matrimoniales aut relligiosae dici poterunt  
caussae, ac ex quocumque contractu, ultima  
voluntate, alioue iure mere profano ortae actio-  
nes, quarum iudex proprius magistratus ciuilis  
est, quasque ideo ad augustum camerae vel  
consilii imper. aulici tribunal delatas alterutrum  
recte diiudicat (ddd), quum e contrario, si  
caussa vere matrimonialis sit, camera imperii spe-  
ciatim, a cognitione, vt in reliquis caussis vere  
relligiosis & ecclesiasticis, manus abstineat.

§. XXVIII.

eccles. cap. I. tit. I. §. I. Alias enim inter negotia ciu-  
lia ab iisdem referuntur. IOAN. FRID. PFEFFINGER  
ad VITRIAR. institut. iur. publ. lib. III. tit. 2. pag. 290.

(ddd) Sic ad exhibitionem liberorum aetum fuisse in ca-  
mera nemini in caussa von Aufsees contra von Aufsees; ad alimenta praefstanda inter uxorem & maritum eius  
ex ipsorum camerarium numero; ad partum agnoscendum sive super quaestione: vtrum pro legitimo  
habendus sit actor nec ne? in notissima caussa Spiege-  
hana D<sup>c</sup>. Pertinet huc quoque exemplum sequestra-  
tae puellae a GAILIO adductum obseruat. u2. lib. I.  
num. 15. D<sup>c</sup> 16. Add. DE COCCEII disputat. de femi-  
narum sequestro.

## §. XXVIII.

Enim uero obseruandum hic est, argumenta ex lege diserta si species, arctius restriktam ea de re post visitationem iudicii anno 1570. factam nunc esse summi camerae imperialis iudicii iurisdictionem, quum in monitione (vulgo memoriali) sigillatim tum temporis collegio porrecta inhibitio minime dubia eapropter habeatur (eee), a qua ut deflecti possit, color aut

(eee) *Memoriale visitat. 1570. pro iudice* ♂ *ad sej. §. vlt.*  
*quae dispositio repetita deinde fuit in concept. ordinat.*  
*camer. parte II. tit. 1. §. vlt.* Licet ergo dentur interpretes, qui pro iurisdictione camerae imper. in *caussis matrimonialibus* saltem *protestantium immediatorum* pugnant, inter quos, si austregae primum iudicassent, est DAVID MEVIVS *parte II. decis. 365.*  
*§. 16. pag. 287.* & ad *ius Lubecens. lib. I. tit. 4. §. 48.*  
*pag. 141.* FRIDERVS *de process. lib. I. cap. 10. §. 2.* ♂ *3.* itemque BLVM. *de eo, quod iustum est in puncto malit.*  
*desert. thes. 34.* eorum tamen opinionem in comitiis Spirensibus anno 1570. celebratis reiectam esse dicendum est. GABRIEL SCHWEDER *introdnet. ad ius publ. part. spec. sect. 2. cap. 17. §. 30.* Pro austregis tanquam iudicibus harum caussarum, quod mirum est, absque prouocatione ab iis hic licita ad cameram imperii, militat. IOAN. LIMNAEV<sup>S</sup> *iur. publ. cap. 8.*  
*§. 66. 73.* ♂ *95.* negando, contra THEODOR. REINKING. *de regim. secular. ♂ eccles. lib. III. class. 1. cap. 10.* num. 37. quod austregae solum de iis caussis iudicare possint, in quibus ad cameram concederetur appellatio.

aut obtentus vix conceditur. Non tamen usque eo se extendit a lege hic facta coarctatio, ut eodem praecise ex principio illa quaestio statim corruat: *an & quatenus camera caussas matrimoniales personarum sibi subiectarum saltem protestantium diuidicare possit?*

§. XXVIII.

Ea enim suas quidem, alio tamen prorsus arcessendas, patitur difficultates, quae eo principaliter recidere videntur: quod iurisdictio generatim in personas camerales propria sit universo collegio, iudicem simul, praesidem & confessores catholicos comprehendenti, quos tamen in iudicando admittere hisce in caussis nolunt Augustan. confess. addicti, paritatem relligionis suae aequae ac securitatem alias non seruari, obiciientes. (§. XIII.)

§. XXX.

Nec accepti igitur collegio erunt euentus, vbi talibus in negotiis eiusdem necessaria esset interpositio.

§. XXXI.

Licet autem facile existimatu ideo sit: personas camerales inferiores praesertim, sollicite casus hosce declinare, semperque, quantum fieri potest, declinaturos fore, exemplum

E

tamen

tamen hoc seculo contigit , vbi tabellarius camerae siue nuncius *Iodocus Schneider* pro venia ducendi ex vxoris mortuae sorore neptem a se vitiatam supplex collegio factus est.

### §. XXXII.

Conclusum hac in re sic fuisse: die caussam dispensationis vebernebmen der Augspurgischen confession zugethane praesident vnd assessores , poena aber bleibt einem gantzen collegio reseruiret, clarissimus TAFINGERVS (fff) adserit , & ad senatus pleni decretum de II. Februar. 1711. prouocat. Compertum tamen est , nuncium illum in poenam ab officio remotum fuisse , veniamque demum a senatu Wezflariensi post remotionem petuisse , atque ab eodem denique impetrasse.

### §. XXXIII.

Verba viri magnifici & illustris IOANNIS GEORGII ESTORIS (ggg) adhuc referenda esse

(fff) l. l. §. 503.

(ggg) In delineat. iur. publ. eccles. protestant. cap. XI. §. XI.  
Eiusdem sunt sententiae IACOB FRID. LUDOVICI  
de caassis princip. protestant. matrimon. HENR. LINCK  
de immediat. imper. protestant. foro in caassis matrimon.  
IOAN. IVSTVS GERSTEN in dissertat. exhibente iudicem  
compet. in caassis matrimon. Add. AVCTOR der  
vnstreitigen rationen vnd rechtsgründe , warum so me-  
nig

esse congruens censeo, qui : ego (inquit) si  
quid video, illos solem e coelo tollere censeo, qui  
iurisdictionem caffarum ecclesiasticarum augustis  
imperii tribunalibus vindicant.

§. XXXIII.

Quisnam vero sic iudex erit his in negotiis  
caffisque matrimonialibus Augustan. confess.  
addictorum ordinum immediatorumque? Res  
dictu ardua est.

§. XXXV.

Iurisdictio pontificis Romani (quam suo  
modo defendi adhuc posse IOANNES CHRISTIA-  
NVS BOCKEN (bbb)) credidit, suspensa est  
(§. III.) „ & vtpote odiosa (sunt verba EIVS-  
„ DEM), protestantibus non placet . . . Ma-  
„ iestas imperatoria (sic pergit ILLE) molesto  
„ subiectionis titulo declinatur. Contra eiusdem  
„ consilium aulicum aut commissarios denomi-  
„ nandos excipitur (iii) . . . In propriis  
„ consistoriis stare nequeunt, quod inferior ca-

E 2 , reat

nig der hochpreisliche kaiserliche reichs-hofrath, als das  
kaiserliche cammergericht in caffis ecclef. und davon de-  
pendirenden matrimonialibus der euangelischen Sc. Sc.  
sich keine cognition anmassen koenne Sc. et rechtliches  
bedencken Sc. Sc. in der reichs-fama tomo I. pag. 74.  
(bbb) In lectione Blumiana sive notis ad Blum. tit. 43.  
num. 15.

(iii) AVCTOR delineat. iur. camer. §. 15. pag. 52.

36 CAPVT I. De statu jurisdictionis

„reat iurisdictione in superiorem (kkk) .  
„Alii causam ad amicabilem compositionem &  
„compromissum in certos arbitros redigere vo-  
„lunt ex arduis animorum super dissolutione  
„matrimoniorum dissolutionibus difficulter spe-  
„randum, aut . . . . si hac de re conuenire  
„inter se non possint, quaelibet pars adhibito  
„theologorum & iurisperitorum consilio ipsa  
„statuat, quod examinatis omnibus circumstan-  
„tiis coram DEO & in conscientia iustum esse  
„putat, quae vero se laesam esse credit, rem  
„DEO committat. (III) (Hactenus BOCKEN.)

§. XXXVI.

Sed quorsum haec omnia? Pro caesare  
militant permulti etiam Augustan. confess. pro-  
fessi (mmm). Eorum rationes potiores  
(nnn)

(kkk) Idem AVCTOR pag. 54.

(III) Sententia haec est HORNII in prudent. iur. publ.  
cap. 41. §. 29.

(mmm) Veluti IOAN. WOLFGANG TEXTOR disputat. I.  
ad recess. imper. nouiss. thes. 74. §. 75. IDEM in iure  
publ. caesar. tit. II. §. 120. pag. 345. seq. HENRIC. BOCKER.  
de iurisdict. cap. 3. §. 80. IOAN. MICHAEL SEIFFERHELD  
de commiss. aul. thes. 19. pag. 22. Altdorf. 1656. GEORG  
SCHVART de auffreg. cap. V. §. 64. usque 107.  
Et fauere etiam huic sententiae aulam caefaream fa-  
cile est ad existimandum. Sic in concluso iudicii im-  
per.

(nnn) sunt: I.) caesarem esse fontem omnis iurisdictionis in imper. adeoque & ecclesiasticae II.) Eam olim iam iure exercitam fuisse ab imperatoribus (ooo), adeoque III.) eo magis nunc iterum, suspensa pontificis potestate, *iure quasi postliminii* in eos praesertim continuandam esse, qui dicta potestate exierunt, eamque non agnoscunt amplius, quique vel ipsa ea IIII.), quae catholici ad ecclesiastica referunt, veluti *matrimonium &c.* ciuilibus mere negotiis adnumerant, quorum V.) (immediatos si species) proprius alioquin iudex cognitorque caesar esset. (ppp)

E 3

§. XXXVII.

per. aulici apud perill. DE CRAMER obseruat. 420. exprobratur magistratui Francofurtensi, quod in exceptionibus suis ausus fuerit iurisdictionem caesaream in caussis ecclesiasticis prouersus & omnino negare. Vid. quoque BENEDICT. SCHMIDT geschicktsmaessig-reichsgrundgesetzliche prüfung vnd erweis des kaiserlichen hoechsten kirchen-gewalts ueber den unter die weltlichkeit eingericckten protestantischen kirchen-staat. Franckfurt vnd Leipzig. 1754.

(nnn) Dixi potiores. Sunt enim adhuc & aliae non vero tanti ponderis, quas videre poteris apud PFEFFINGERVM l. l. pag. 284. vbi & resolutiones eorum, qui contrarium sentiunt, reperies.

(ooo) Vide scriptum, quod 1753. Francofurti & Lipsiae prodiit: *kurtze abhandlung von dem recht des kaisers vnd der staende ueber geistliche personen vnd kirchen-güter.*

(ppp) Hinc est, quod & dentur quidam, qui ex ratione illa

## §. XXXVII.

Verum enim uero aliis argumenta illa & rationes vel minime sapiunt. (qqq) Putant illi omnia ea vel *solo illo*: *quod imperator sit catholicae religioni adscriptus, & matrimonium sacram*

illa generali adpellari posse in cauſis hisce adserunt.  
STRECKER de eo, *quod iustum videtur, circa adpellationem a statib. euangel. ad imperat. in cauſis ecclie.* Erfordiae. 1743. Vid. tamen (§. nostr. XXVII.ccc.) Contra est HENRICVS BODINVS de *illicita a princip. protestant. prouocatione in cauſis ecclesiasticis.*

(qqq) Vid. (§. XXXVI. m.m.m.) Add. *memorial. der protestantijchen berrn auffessorer IOACHIM FRANTZ, FRIDERICH SCHRAG, und PHILIPP HELFRICH KREBS an das corpus euangelicorum zu Regenspurg sub dato Wetzlar 29. Septembris 1714. in FABRISTaats-cantzley cap. 1. pag. 13. & 14.* Imo nequidem ferre haec principia volunt, si lis inter catholicum & Augustan. confess. addictam partem vertatur. Vnde conquesti sunt Augustan. confess. adscripti ordines in cauſa illustri Megapolitana, cum Christianus Ludouicus dux Megapolitanus ad fidem catholicam conuerſus repudiata Christina Margaretha e familia Gustrowensi anno 1663. matrimonio sibi iunxit Isabellam Angelicam ex illustri Montmorenciorum Bouteville sanguine ortam Cypri Colignii ducis de Chatillon viduam; veniam circa diuortium concedente Alexandro VII. & omnia ratihabente imperatore sacratissimo Leopoldo. Quae acta sunt eapropter, vide apud PFEFFINGERVM a. l. pag. 292. qui omnia ista ex actis publicis MICHAEL. CASP. LONDORPII, diarii Europ, &c. libro suo inseruit.

*crum esse ecclesiae suae misterium credat, sicque,*  
prout catholicus quilibet iudex in eiusmodi ne-  
gotio iudicare volens, ipsi sibi principiisque suis  
contradicat, *iuncta paritatis vtriusque relligio-*  
*nis, vt & securitatis ratione elidi, atque ideo in*  
*alia omnia eunt; iudicemque Augustan. con-*  
*fess. addictorum ordinum vel nullum vel se ipso*  
(rrr) *his in negotiis agnoscunt, & vel com-*  
*mitti in caussis hisce malunt iurisdictionis hu-*  
*ius exercitum propriis consistoriis vel arbitris vel*  
*etiam collegiis tam theologorum quam iureconsul-*  
*torum a studio partium alienis siue, vt vocant,*  
*impartialibus.* (sss)

§. XXXVIII.

(rrr) Secundum ea, quae tradit SAMVEL L. B. DE PVE-  
FENDORFF de iure natur. & gent. lib. 1. cap. 13. num. 2.  
& L. B. DE COCEII iur. publ. prudent. cap. 37. §. 8.  
Alii comitia iudicare volunt, vt HERMAN. VULTEI.  
ad l. 1. §. 49. in fine. C. ubi senat. vel clarissimi casu  
scilicet, quo austregae deficiunt; Alias enim pro  
austregis pugnat. Commissarios petendos dandosque  
esse a caesare eiusdem relligionis NICOLAVS MYLERVS  
AB EHRENBACH tradit. de principibus imperii parte 1.  
cap. 20. §. 20. Aliae iterum sunt aliorum sententiae.

(sss) Quodsi pars rea neutrum acceptare velit impera-  
torem, vt compellar eam ad eligendum vnum ex  
hisce modis, ab aetore implorari posse PFEFFINGE-  
RVS ad VITRIAR. lib. III. tit. 2. pag. 310. docet idque  
ex capite denegatae iustitiae.

## §. XXXVIII.

Et ita obseruatum fuisse exempla (ttt) demonstrant. *Theoriam si species, res liquida profecto non est (uuu)*, nec ab interpretibus definienda; adeo ut nihil hac de re statuendum supersit *tutius veriusque quam illud*, quod supra (§. XIII.) iam obseruauimus: lege nimirum *imperii quadam publica*, quod dolendum forte, *iudicem harum controuersiarum certum*

(ttt) Sic *Ioannem Casimirum ducem Saxo - Coburgicum cauissam cum Anna coniuge examinandam dedisse arbitris MÜLLERVS refert in annal. saxon. ad a. 1593. Aliud exemplum *Guilielmi Ernesti ducis Saxo - Vinarientis* cum *Charlotta Maria Saxo - Ienensi suppeditat IDEM ad a. 1690. De Georgio Guilielmo Birckenfeldensi & Iuliana Grumbacense vid. IAC. GVIL. IMHOF tab. genealog. dom. Palat. tab. XI.* Et denique sententiam in causa *Caroli Leopoldi ducis Megapolitani contra Sophiam Hedwigem Nassouicam* eius coniugem ab arbitris pronuntiatam repieres apud *IOAN. CHRISTOPH LÜNING part. special. des reichs-archivs continuat. 2. abtheilung 4. abfatz 6. §. 54 pag. 628.* Consentire tamen utramque partem opporet in vnum horum modorum. Alias caesarem imploratum ad preces partis dissentientis mandata cassatoria & inhibitoria relaxasse supra memorata causa *Christiani Ludovici ducis Megapolitani & Christinae Margarethae* eius coniugis comprobauit.*

(uuu) Peculiares quoque hic sunt meditationes collegae amicissimi *ANGEL. CONR. DAN. SIPPmann in system. iurisdict. suprem. §. 13. not. e. & f. legique omnino merentur.*

*baut constitutum, vtrum vero adhuc constituen-  
dum esse: nescio, an sperandum fore.*

§. XXXVIII.

Sed redeamus e diuerticulo, vnde eramus digressi. *Caussas decimarum, iuris patronatus &c.* ordo nunc postulat. Illae sunt vel *seculares aut laicales*, vt vocant, vel *ecclesiasticae aut clericales*. Quumque illae bonorum mere profanorum ad instar habeantur, has vero, vt inter res quoque sacras numerentur, iuris sacri monitum sit, (vvv) ex praemissso supra (§. XVII. & XXV.) principio aequa patet, non tantum si de illis quaestio sit, I.) optime iudicare ciuilem iudicem, supremosque imperii senatus sive in prima sive in altera instantia, (xxx)

§. XXX.

Sed & II.) si des his mota sit controuersia, & super possessione retinenda vel recuperanda, sive facta possessionis, modo decimas percipiendi, fructibus decimarum earumque praestatione, earum

F solu-

(vvv) Cap. 3. X. de iudic. cap. 5. X. de decim. Add. GRAE-  
VEVM lib. 1. pract. conclus. 38. num. 5. & PETR. RE-  
BVFF de decim. quaest. 10. num. 39.

(xxx) Generatim: si caussae qualitas iurisdictioni supremorum imper. tribunalium non obstat in prima instantia, non etiam obstat in altera & sic e conuerso.  
TAFINGER institut. iurisprudent. camer. §. 683.

solutione denegata, occupatione earumdem *injusta*, aduersus moram in soluendo necentes decernenda exsequutione (yyy) similibusque capitibus mere ciuilibus vertatur controuersia. Vbi id tamen semper obseruandum, vt omnia illa mixti deinde habeantur fori, id est, vt tam profanus, quam relligiosus iudicare tunc possit magistratus, sique praeventioni inter ciuilem & ecclesiasticum iudicem locus omnino dari debeat. (zzz)

## §. XXXI.

(yyy) ALEXANDER MONETA *de decimis* cap. 8. *conclus.* 2. *num. 5.* GAIL. lib. 1. *obseruat.* 38. *num. 4.* IOACH. MYNSINGER *centur.* 2. *obseruat.* 67. & *centur.* 5. *obseruat.* 10. aliique. Sic de modo decimarum vini veber den *pforten* - *zebenden* cauissam ipse habui *ecclesiae S. crucis extra Moguntiam* contra *Niedersaulheim*; super *consuetudine* in puncto decimarum vulgo *schlichtstiege* communitatis *Mehle* contra *das closter Wulfgaußen*; Item super *possessione* zwischen der *reicks-stadt Hall in Schwaben* vnd dem *fürstlichen stift Ellwangen*. Super *fructibus* zwischen der *gemeinde Thunersheim* vnd dem *closter ad S. Afram in Würtzburg* &c. Innumera vt taceam.

(zzz) STEPHANVS GRATIANVS *disceptat. forens.* tomo II. cap. 238. *num. 16.* perill. L. B. DE CRAMER *obseruat.* 282. Hinc in cauissa der *Nahlbacher thals unterthanen* contra *Churtrierisches consistorium* denegatum fuit in camera 27. April. & 6. Maii 1757. mandatum cassatorium, inhibitorium, & de non trahendo cauissam ciuilem

§. XXXI.

*Contra vero, si de iure vel proprietate aut possessione etiam adquirenda (aaaa) lis incidet, vt, quando actor petit decimas sibi praestari, reus negat se ad earum solutionem adstringi v. c., quia iure singulari esset a praestatione liberatus, aut alii, quam actori eas soluere deberet, vel quia dicit se ita conuenisse cum superiori, ne soluat, aut quia decimae petuntur de re decimis non obnoxia &c. tunc ad solum ecclesiasticum iudicem pertinet iurisdictio. (bbbb)*

§. XXXII.

*Porro, quodsi ob vitia insanabilia irritum F 2 dicatur*

lem ad forum ecclesiasticum incompetens &c., quod ex hoc principio petebant actores, quia nulla esset ecclesiastici iudicis in causis super *possessione decimorum* iurisdictio.

(aaaa) Quia *adnexam* tunc habet iudicium *causam proprietatis* IACOB. MENOCH. *remed. 15. recuper. possess. num. 235. GRATIAN. tomo I. lib. I. cap. 238. num. 1.*

Vnde notanda regula: quotiescumque possessorio ad mixtum est petitorium, cognitio caussarum ecclesiasticarum pertinet ad iudicem ecclesiasticum GRAEVEVS a. conclus. 38. num. 3. § 7. GRATIANVS l. l. num. 31.

(bbbb) Ita vt nec in iudicem profanum valeat compromissum. BORELLVS de compromiss. f. 2. gloss. 1. num. 313. LVDOV. GILLHAVSEN arbor. iudic. ciu. cap. 1. part. 3. §. 3. num. 3. Add. CAMILL. BORELL. in summa decis. tot. orb. tit. 19. num. 16.

dicatur ecclesiastici iudicis *iudicium* (cccc), & vt corrigantur, (dddd) imploretur ciuilis magistratus superior, siue augustum aliquod imperii tribunal, ex praemissis (§. XXV.) dogmatibus atque principiis aequae patet, non cauissam eate-nus dici posse ecclesiasticam & spiritualem, atque iudicis proinde ciuilis superioris iurisdictionem optimo maximo iure fundari. (eeee) Vsus tamen docuit, nec hoc etiam prorsus largiri voluisse ordines Augustan. confess. (fffff) eius-

(cccc) Non si irritus dicatur *contractus* v.c. matrimonialis.

FRIDERVS de process. lib. 1. cap. 10. num. 8.

(dddd) Id est, vt cauissa principalis cum admonitione melioris processus remittatur ad iudicem ecclesiasticum. BLVM. process. camer. tit. 43. §. 18. Plus enim agere nequit ciuilis magistratus.

(eeee) MEVIVS parte 1. decij. 77. CLETZEL de appellat. cap. 3. num. 6. vid. & NICOL. SCHVBACK dissertat. praefide WEBERO Giessae 1725. habitam de licto per querelam nullitatis ad summa imper. dicasteria recursu in cauissis alias vel per priuile. vel per legem ab illorum iurisdictione exemptis seet. 2. §. 1. seq. Idem statuit illustre ICtorum Tubingensium collegium in cauissa Hellmontiana tomo 6. elect. iur. publ. pag. 72.

(fffff) Vid. ea, quae acta sunt, cum Aegidius Güntherus Hellmund Wezflariensium curio sacer Augustan. confess. addicetus ex nullitatis capite cameram contra magistratum Wezflariensem adiret apud FABRVM tomo 27. der staats - cantzley cap. 1. pag. 13, 14. Add. conclus.

commune

que interpretes, quamquam eius rei rationem perspicere admodum difficile sit. (gggg)

§. XXXIII.

Illud vero omnes largiuntur, nec dubium esse potest ex praemissis illis (§. XXV.) principiis nostris, *magistratus ciuiles* supremos in imperio, superioresque ecclesiasticis iudiciis omnes *ad administrandam celerem & infucatam iustitiam* iudices illos *compellere posse praeceptis* ideo re-

F 3 laxatis,

*commune visitat. camer. protest. de 19. Decembbris 1713.*  
apud EVMD. l. l. tomo 26. pag. 121. seq. & litteras corp.  
*euangel. ad camerales euangel. 14. Februarii 1715.* apud  
EVMD. tomo 27. pag. 130. lunge nouissimum quoddam  
scriptum, quod idem corpus euangel. suis ad impera-  
torem litteris 4. Aprilis 1750. adiunxit in Jachen des  
abgezetzen Hildesheimischen Pfarrers D. Glaesners,  
in qua iudicium imper. aul. iudicauerat apud KOENIG  
in selec*t.* iur. publ. nouiss. 23. theil cap. 9. Confer. quo-  
que responsum iuris ad quaest. propositam, in quo claris-  
fime demonstratur, quod in caussis eccles. imper. euangeli-  
cis §c. §c. non possit licet adpellari ad supra*ma German.* tribunalia nec ab iis cognitio institui anno 1700.  
4to. Sed vid. etiam L. B. DE CRAMER in den Wetz-  
larischen nebenstunden part. I. VIIII. §. 3. § 7.

(gggg) Intellige, si nullitas vere talis & insanabilis com-  
missa esset à iudice ecclesiastico, & ad eum solum  
effectum, vti modo docuimus, summum quoddam  
imper. tribunal. caussam ad se pertrahat. Quod si  
enim solum sub *praetextu* nullitatis iudicare vellet  
in tali caussa, nemo id probabit.

46 CAPVT I. De statu iurisdictionis

laxatis, non vero litteris, vt vocantur *promotorialibus*, quippe quas ad effectum decernendae alias *citationis*, super protracta vel denegata iustitia & caussae ad se trahendae exire noto notius est. (hhhh)

§. XXXXIII.

Denique ex saepe inculcatis rationibus & principiis (§. VIII.) id adhuc obseruandum, vt, si punctum, quod vocatur, *incidentis emergat*, definiendumque sit in caussa etiam mere ciuili, quod ad iudicem ecclesiasticum necessario pertineret, decisumque a ciuili iudice caussae praecidium taceret, haut ultra porrigi possit ciuilis iudicis cognitio, sed remittenda sit incidentis *quaestionis definitio ad iudicem ecclesiasticum*, ac tantisper, quoad insequuta fuerit eius hac de re sententia, negotium suspendendum sit. (iii) Nec enim principalis & accessorii rationes, aut *connexionis caussarum fundamenta* indoles *qualitasque peculiaris caussarum ecclesiasticarum* (§. VIII.) admittit.

§. XXXV,

(hhhh) BOEHMER de maiest. imper. magistrat. maior. cap. 2. §. 6. IDEM de orig. progressu atque indole querelas deneg. vel protractae iustit. Halae. 1738.

(iii) Vid. GAMMA decif. 194. Adde DELVDOLF obseruat. forens. tomo II. obseruat. 280. § 281.

§. XXXV.

Tandem nec & illud praetermittere opportet, quod haec omnia, quae de *cauissis decimarum*, *aliisque circa negotia ecclesiastica obseruandis* augustissimorum imperii tribunalium ratione docuimus, de vsu vtriusque fori tam catholicorum, quam Augustan. confess. addictorum capienda sint. Quodsi enim de cauissis ecclesiasticis eo sensu quaeritur, quo a iurisdictione magistratum superiorum ciuilium in imperio sunt exemptae, eadem principia apud Augustan. confess. consortes obtinent, quae ex pontificum placitis vigent apud catholicos, tum, quod ius pontificium siue canonicum hac in re in subsidium aequa valeat apud Augustan. confess. assclas, tum quod etiam paritatis vtriusque religionis rationes, vt saepe iam obseruauimus, alias non subsisterent. (kkkk)

§. XXXVI.

Idque usque eo extendendum, vt, si vel maxime unus alterius ordinum, vel etiam priuatus tantum theologus aut Iureconsultus dissentiret,

(kkkk) PÜTTER nou. epit. iur. publ. §. 579. Alias tamen, vt supra iam monui, pleraque cauissae, quae apud catholicos pro ecclesiasticis habentur, ciuilibus negotiis ab illis adnumerantur. IOANN. DECKHERR concord. supremor. imper. tribunal. cap. X. sect. 1. n. 6.

ret, atque hanc illamue caussam ad non ecclesiasticas referret, quae ecclesiasticis generatim adscribi deberet, id reliquis praeiudicio esse minime possit, caussarumque ecclesiasticarum naturae nihil decedat, si v. c. apud Augustan. confess. adscriptos iudicium ecclesiasticum ex personis mere ciuilibus etiam consisteret, aut iudicium mere politicum eius vice fungeretur. (III)

## C A P V T II.

*De camera imperii in caussis ecclesiasticis  
exsequitionem decernente, si inuocata sit, vt  
brachium seculare.*

## §. XXXVII.

**N**Otum est ceteroquin atque iuris iudicarii vniuersalis principiis etiam omnino consentaneum, vt idem, qui pronuntiatae sententiae auctor fuit, cognoscendique facultatem habuit iudex, eiusdem etiam, si vires rei iudicatae obtinuerit, & soleat & debeat esse exsequutor; (a) siue ipse id agat denique, siue aliis

---

(III) PÜTTER l.l. Necessitatis enim non esse consistencia, vt supra iam monui, permulti adferunt. Vid. **AVGVSTIN. LEYSER** in meditat. ad Pandect. specim. 76. coroll. 3. pag. 127.

(a) Iure iudicario vniuersali ergo *iurisdictio* semper includit

aliis id committat, praexceptaque ideo decernat,  
vt eius hac in re vice fungantur.

§. XXXVIII.

Enimuero tum quidem id obtinet, vt  
praexceptis exsequitionem sententiae suae aliis  
iniungere possit iudex, si inferior eidem sit ille,  
cui committitur exsequutio, illiusque ideo im-  
perio stare teneatur. (b)

§. XXXVIII.

Quodsi vero pares sint, aut nulla saltem  
iudex, qui sententiam pronuntiauit, in eum,  
qui cogere optime potest refractarium, iubendi

G                           pote-

cludit *imperium* siue potestatem cogendi eos, qui iu-  
risdictioni morem gerere nolunt. Quae iure ciuili  
Romano igitur hac de re aliter obtinent, huc non  
spectant & ex peculiaribus huius iuris rationibus  
deducenda sunt.

- (b) Sic iudex adpellationis lata sententia confirmatoria id  
agit remittendo causam ad iudicem prioris instantiae.  
Si vero reformata fuerit ab eo sententia iudicis infe-  
rioris, ex iudiciorum obseruantia superior quidem  
ipse suscipit exsequitionem in Germania IOANN.  
SCHILTER exercitat. ad Digest. 46. §. 18. seq. contra  
ius ciuale tamen & ex iuris canon. principiis intro-  
ductum id esse IOAN. GVL. REYMANN de exsequut.  
subsid. cap. II. §. 7. pag. 24. aduertit. In camera im-  
per. ius ciuale adhuc viget. Ordinat. camer. de 1555.  
part. III. tit. 48. PÜTTER nou. epit. process. imper.  
§. 429.

50 CAPVT II. *De camera imperii in*

potestate polleat , eoue , quod idem est , *iurisdictione superior* non sit , alio quidem modo , ac illo in euentu res expedienda est , effectu ipso tamen idem finis , eadem intentio , quamquam diuersa nonnihil ratione obtinetur.

§. L.

*Non p<sup>r</sup>aeceptis enim tunc procedendum est quidem , sed precibus , non imperio , sed rogatione ; at ita tamen , vt rogatus satisfacere necessario debeat petitioni rogantis , sententiamque exequi , aequ<sup>e</sup> ac si ius perfectum esset pertenti , vt precibus eius fieret satis.* (c)

§. LI.

Ea enim est officiorum imperfecte debitorum natura , vt iure perfecto etiam petantur , quoties aliquis sine p<sup>r</sup>aestatione eorum ius consequi non posset , quod perfecte eidem conueniret. (d)

§. LII.

(c) Loquor hic , vt facile patet de rogatione iudicis ad alium directa , non de rogatione partis. Ut enim fieri id possit , non tamen tunc est requisitio , sed actionis rei iudicatae institutio , quod ob nouum processum minime est consultum. Potest tamen etiam viator , si sententia liquida sit , coram magistratu alieni territorii in factum agere. Vid. ESTOR de iure mag. non rog. a iud. exseq. sent. cap. VII. §. 50. & DE ZWIERLEIN dissertat. mox laudanda II. §. 16. pag. 37.

(d) HUGO GROTIUS de iure belli ac pacis lib. II. cap. 2. §. 6.

§. LII.

Rogatio talis a iudice vno ad alium eidem non inferiorem, vt illius sententiam exsequatur, facta, species est *requisitionis iudicialis*, de qua siue *litteris requisitorialibus ex usu fori tam Romani quam Germanici exquisitissime differuit collega suauissimus CHRISTIANVS IACOBVS DE ZWIERLEIN (e), quem hinc inde excerpere libuit.*

§. LIII.

Fit ergo requisitio talis ad faciendam exsequutionem toties, quoties iudex, saltem non inferior (§. XXXVIII.) (f) vel vi po-

G 2 testa-

§. 6. num. 1. pag. m. 191. IOAN. NICOL. HERTIVS de socialitate primo iur. natur. princip. sect. III. §. 16. in opusc. volum. 1. t. 1. dissertat. 2. pag. 122.

(e) Due viri huius doctissimi ea de re prodierunt differentiationes. Prima de litteris requisit. ex usu Roman. antiqu. & recent. prodiit Göttingae cal. Apr. 1758. altera sub EIVS praefidio respondentem IOANNE ANTONIO KOETHIO de litt. requisit. ex usu German. antiqu. & recent. III, id. Aprilis e. a. Tertia de litt. requisit. ex usu suprem. imper. tribunal. adhuc exspectatur & otium forte fecisset mihi, si prius concinnare eam tempus auctori permisisset.

(f) Si enim inferior sit, praecepto non requisitioni est locus (§. XXXVIII.) Debet tamen esse non dignitate quidem, sed iurisdictione inferior, adeo vt iurisdictio eius sufficeta sit alteri, de cuius iusso exse-

testatis soli sibi propriae, vel faciliori etiam minimum ratione exsequi potest iudicatum illius, qui de caussa cognovit, litisque cognitionem *iure* quidem habuit (g), facultate tamen cogendi eum, qui iudicato vel iusso suo morem gerere renuit, aut plane, aut ita saltem destitutus est, ut adhibitis quidem, flocci pensis tamen a contumace exsequendi remediis ordinariis, in sua facultate positis, alia non habeat, quibus coercere obstinatum posset, ea vero penes illum sint, quem earo propter requiri oportet.

## §. LIII.

Quodsi itaque iudicis ecclesiastici iudicato, legitimoue præcepto non pareatur, obſistentisque pertinacia diris ecclesiae exsecrationibus frangi nolit, ad iudicem ciuilem recte se conuertit ecclesiasticus, eumque requirit, ut remediis conuenientibus contemtoris pertinaciam cohbeat.

## §. LV.

Dicitur haec requisitio, *invocatio brachii secularis*. Brachium enim auxili & potestatis signum

exsequendo quaeritur. Alias res distinctione exhaustienda est; quam vide apud ANTON. VDALR. DE ERATH de requif. iudic. cap. I. §. 31. pag. 46.

(g) Nimurum *competens* fuit. Requirentem ergo necessario competenter, ut vocant, iudicasse oportet. PETR. REBVF de litt. requifit. §. 22. pag. 282.

num est, vsuque ideo inualuit, potestatem ciatilem ecclesiam adiuuantem brachii nomine significari.

§. LVI.

Vnde facile patet: I. nec subiectionem potestatis ciuilis sub ecclesiastica (b), nec contemtionem illius ex hoc quidem recte deduci (i); II. non mandari (k) a iudice ecclesiastico coercitionem contumacis, sed peti; III. fieri id a iudice (l), non tamen IIII. nisi vere contumax quis sit (m), & V. censuris ecclesiasticis cohiberi nolit (n), aut VI. alia coercendi remedia haut suppetant (o); nec VII. in aliis id

G 3 locum

(b) Alias enim non esset requisitio, quum haec ad iudicem requirenti subiectum non detur (§. XXXVIII. seq.); tametsi subordinationem quamdam iurisdictio-  
nis ciuilis sub ecclesiastica ex mente iuris canonici  
eruere se posse credat BOEHMER *iur. ecclesiast. protest.*  
*lib. II. tit. 2. §. 1.*

(i) Vti contendit MANSVETVS DE S. GERMANIS in su-  
pra saepius memorato tractatu.

(k) Nec ergo verbis praecepti, sed rogationis vti debet.

(l) Quodsi enim fit a parte non est requisitio, sed actionis  
nouae institutio (§. L. (c).)

(m) VLR. THOM. LAVTERBACH colleg. theoret. pract.  
*tit. de re iudicata §. 32. pag. 308.*

(n) Cap. 10. X. de iudic. Cap. 1. § 14. X. de offic. iud. ord.  
JOSEPHVS DE SESE de inhib. § exequit. privilegiat.  
*cap. 30. num. 82.*

(o) Vbi enim iudex ecclesiasticus manu militari instru-  
ctus

locum habere caussis , quam ecclesiasticis (p), & denique VIII. plus tunc quidem ad ciuilem iudicem haut deuolui , quam vt exsequitor iussi , iudicatiue iudicis ecclesiastici nominari, vtque talem se se gerere queat. (q)

§. LVII.

Nec ergo cognitionem inde caussae ipsius accipit (r), nec naturae caussae ecclesiasticae inde aliquid decedit , sed in negotii mere ciuilis finibus , quod optime explicare potest magistratus profanus , res tunc subsistit.

§. LVIII.

Et quamquam cogi etiam ciuilis iudex possit, vt iuocationi sic factae obtemperet (s), non tamen ex ecclesiastici iudicis imperio quodam in eum id profluit , sed ex obligatione naturali

Etus est, sine dubio exsequutionem ipse fiscipere potest, nisi bona, in quae decernenda exsequutio sub iudice seculari sita sint, prout id de catholicis testatur BERNARD. ZEGERVVS VAN ESPEN *nur. eccl. parte III. tit. 9. cap. 4. n. 11. seq.* & de protestantibus BOEHMER *l. l. II. tit. 27. §. 35.*

(p) Alias enim non competens esset , vbi requisitio nullius momenti est (§. LIII. (g).)

(q) PETR. MÜLLER *de citat. subsid. cap. III. thes. 9. pag. 39. DE ZWIERLEIN l. diss. I. §. 19. pag. 43.*

(r) Argum. l. 8. C. de exseq. rei iudicatae. DE ZWIERLEIN *l. l.*

(s) Cap. 2. X. *de maledict. Cap. 2. X. de cleric. excomm.*

naturali requisiti ad satisfaciendum precibus  
requirentis. (§. L.I.)

§. LVIII.

Rei huius usum si spectes, is nullo non  
tempore profecto haut fuit exiguum. Nec iudi-  
cum enim *civilium generatim* ita requisitorum  
exempla deficiunt non solum, sed &, ut *ipso-*  
*rum regum brachium implorari* sic potuerit,  
haut umquam fuit dubitatum.

§. LX.

Sic VITALIS praeful *Oscensis* apud BLAN-  
CAM (t): „in villis infacionum (*inquit*) vel  
„ecclesiae, si propter debilitatem curiae, *bra-*  
„*chium domini regis*, vel maior domus eius,  
„vel cuiuscunque officialis ad exigendas poenas  
„huiusmodi *inuocetur*: ipse, cuius est brachium  
„inuocatum tenetur compulsionem & auxilium  
„impertiri.

§. LXI.

Veteres chartae apud IOAN. SELDENVM (u)  
haec habent: „& si episcopi iudicio stare no-  
„luerit, si opus fuerit, ad vindicandum fortitudo  
„& iustitia regis vel vicecomes adhibeatur.

§. LXII.

(t) pag. 728. excerptus a CAROLO DV FRESNE DV  
CANGE in *glossario med. & inf. latinitat.* pag. m. 674.

(u) Ad EADMERVM pag. 168. & in *monastico Anglic.*  
tomo III. pag. 259. & 308.

## §. LXII.

Pariter leges EDWARDI confessoris (v) sequentia continent: „Quodsi aliquis ei foris „fecerit, episcopus inde iustitiam faciat. Ve- „rum tamen si quis arrogans pro episcopi iustitia „emendare noluerit, episcopus regi notum fa- „ciat: Rex autem constringat male factorem, „vt emendet, cui foris fecit, scilicet primum „episcopo, deinde sibi, & sic erunt duo gladii, „& gladius gladium iuuabit.

## §. LXIII.

Quum enim ecclesiae ea semper fuerit indoles, vt armis plerumque spiritualibus (cen-  
sura & excommunicatione, vt vocant,) ad-  
uersus contumaces solummodo vti consueverit  
(x), facile est ad animaduertendum illam ab  
antiquis iam temporibus, vbi hisce remedii  
refractariolorum contumacia frangi non poterat,  
ad brachii secularis auxilium configisse. (y)

## §. LXIII.

Atque idem adhuc hodie obtinet. Nam-  
que & nostris moribus consentaneum est ma-  
gistratus ciuiles in cauiss cum catholicorum,  
tum

(v) Cap. 3. Vid. quoque GREGORIVM magnum lib. 7.  
indict. 1. epift. 20.

(x) REYMANN c. l. cap. III. §. 3. pag. 29.

(y) Cap. 2. X. de maled. Cap. 2. X. de cleric. excomini.

tum Augustan. confess. additorum (z) ecclesiasticis, eo nomine non generatim solum, sed & cameram imperii speciatim pro re nata implorari a iudiciis ecclesiasticis aduersus contumaces, vt ne sententiae suae omni effectu destituerentur. (aa)

§. LXV.

Etenim nec negotiorum ecclesiasticorum qualitati ac naturae (§. VIIII.), nec statui reipublicae nostrae, nec iuri iudicario vniuersali (§. L.) iudiciorumque nostrorum atque camere imperii sigillatim rationibus id repugnat, sed potius conuenit; vsique probatum est, vt plura profecto exempla demonstrant.

§. LXVI.

Sic exempli in causa *Annae von der R.* contra *B. von T. zum B.* meminit cum **GYLMANNO** (bb) **GAILIVS** (cc), itemque *ille* plurium

H adhuc

(z) CARPZOV. *iurisprudent. eccles. lib. II.* definit. 244.  
num. 15. IOAN. BRVNNEMANN in *iure eccles. lib. III. cap. XI.* §. 1. pag. 893. BOEHMER in *iure eccles. protestant. lib. II. tit. 27. §. 54.* pag. 1425.

(aa) GAIL. *lib. I. obseruat. 115. num. 3.* IDEM de *pace publ. lib. II. cap. 17. num. 31.* ADRIAN. GYLMANN. *symphorem. lib. II. decif. 58.* PHILIPP. TENNAGEL. *de decernend. process. class. I. cap. 29.* & ad EVM IOAN. DECKHERR. in *monument. lect. caner. antiqu.*

(bb) l. l.

(cc) l. l.

58 CAPVT II. *De camera imperii in*

adhuc veluti in causa *Tinnin contra Rubr, Bucknerin contra Adamum Keck, Vlrici Weisseni adiutoris ad altare S. Catharinae in templo S. Petri Spirae contra Rudolphum von Zwischen & consortes*, ac denique *Worms contra Staden*, quarum caussarum prima & altera anno 1591., tertia 1592., quarta & quinta vero 1573. & 1591. in camera imperiali ceperunt examinari.

§. LXVII.

Alius adhuc causae *W. contra Z.* ad cameram eo ex capite deuolutae, tandemque 1575. compositae idem GYLMANNVS (dd), & porro alterius sub inscriptione *Freitag contra N. N. adseffores CASPAR. & WERNER. KOCHII vt & IOACHIMVS MYNSINGER A FRVNDECK* (ee) mentionem iniiciunt. Nouius vero exemplum factae ab officiali quondam Herbipolensi eiusdem inuocationis ad cameram in causa *principis praepositi Elmwangensis contra Halam Sueorum ciuitatem* ipse opusculo subieci.

§. LXVIII.

Res in camera regulis ferme & principiis  
iisdem,

(dd) l. l.

(ee) In notis  $\S^3$  commentariis ad ordinationes camer. de anno 1548.  $\S^3$  1555. olim a IVLIANO MAGENHORST editis parte III. tit. 48. num. 20. apud DECKHERRVM in tabulis ex incendio  $\S^3$  excidio Spirensi saluis sine monument. lection. camer. antiquae.

iisdem, quae de inuocatione brachii secularis generatim (§. LVI. -- LVIII.) obtinent, absoluuntur, quibus sequentia omnino conueniunt axiomata.

§. LXVIII.

1.) Fundamentum iurisdictionis cameralis aequa hic est obligatio vnius iudicis ad feren-dum alteri auxilium, siue obligatio naturalis iudicis requisiti ad satisfaciendum rogationi re-quirentis. (§. LI.) 2.) Nititur haec obligatio iure perfecto non solum ex ratione supra iam dicta (§. LI.), sed & ea: quia pessimi exem-pli res est indicum auctoritatem contemni, eo-rumque iussis aut iudicatis fraudem fieri, quod salus reipublicae vetat. (ff)

§. LXX.

Inde ergo 3.) respicit hic camera aequa ac in caussis mandatorum aliis ad iuris simul factique euidentiam (gg) ex vna, ad summam iniuriam vero remque saluti publicae aduersam ex alia parte (bb), propterea que 4.) mandata

H 2 decer-

(ff) TENNAGEL l. l. n. 1.

(gg) DECKHERR. ad TENNAGEL. de decernend. process. class. 1. cap. 29. n. 1.

(bb) Vnde patet: tametsi DECKHERRVS l.l. cap. 28. n. 10. ratione quadam recte inuehatur in eos, qui in caussis mandatorum semper requirunt periculum imminens, malum

decernit aduersus eos , penes quos stat , ne effectum nanciscatur sententia , proindeque 5.) non solum aduersus ipsos contumaces , sed & eorum adiutores , iudicesque alias ciuiles requisitos , & ad factam requisitionem exsequi recusantes. (ii)

## §. LXXI.

Obseruat tamen , vti semper , ita & hic 6.) iurisdictionis sibi datae limites iudicandique normas , atque ideo 7.) non quidem curat , mediatus , vt vocant , petens auxilium sit , an vero immediatus , exterus an indigena ? bene tamen

malum reipublicae aduersum &c. (qua de re vid. etiam COCCEIVS de abusu mandat. sine clausula & IOAN. IACOB MOSER. reichs - hofraths - proceß tit. de mandatis) malum illud reipublicae aduersum tamen hic simul adesse ; nec euidentiam juris ex vna parte a summa iniuria ex alia parte auelli posse ; quamquam facile EIDEM largiar , quod iungat fundationibus mandatorum omnes illas petitiones , quae ita (sunt eius verba) iustificabiles sunt , vt , si superior non per mandata sine vel cum clausula parti conquerenti subueniret , ipse iustitiam denegasse , vel manifeſte protractissime conuinci posset.

(ii) TENNAGEL l. l. n. 2. ADSESSORES ad ordinat. cam. l. l. GYLMANN l. l. qui simul allegat authent. & indifferentes iudices in princip. & authent. statuimus de episcop. & cleric. BARTOL. in l. de pupillo §. meminisse n. 5. ALEXANDR. ibid. n. 12. de nou. oper. numerat. & ordinat. camer. parte II. tit. 26.

tamen 8.), vtrum is aduersus quem petitur adiumentum, proxime sibi subiectus sit, an vero non sit?

§. LXXII.

Haut igitur vltimo in euentu fese ingerit (kk), nisi 9.) iudex concurrat (§. LXX.) nullo intermedio eidem inferior, qui ab ecclesiastico requisitus requisitioni satisfacere detractasset (dict. §. LXX.) (ll), aut 10.) in rem immediatam decernenda esset exsequutio.

§. LXXIII.

Quoniam vero ciuilis eatenus est cauſa, quatenus camera in ea sic decernit (§. LVII.), parum refert ceteris paribus 11.), vtrum contumax ecclesiastici sit, aut ciuilis ordinis, catho-

H 3 licae

---

(kk) Ita recte statuit DECKHERR. aduersus TENNAGEL.  
l. l. n. 2.

(ll) DECKHERR l.l. Si vero iudex ille non est immediatus, iudex eo immediate superior est adeundus. IDEM ibid. Illud vero eidem largiri non possum, quod statuat iudicem exequi recusantem per promotoriales vrgendum esse, quum tamen per mandatum melior profecto & conuenientior via pateat. Ipse etiam hanc sententiam suam corrigere videtur, dum addit:  
„ &, prout factum feret, per mandatum de exequendo  
„ sententiam cum, non sine clausula, maxime si cauſa  
„ effectum deuolutium nancisci non posset, vel posset  
„ quidem, in alium tamen nouum & plenarium pro-  
„ cessum relaberetur.

licae an vero alterius relligionis (mm), dummodo 12.) si clericus sit, in bona eaque imme-  
diata

(mm) Dummodo tamen iudex ecclesiasticus, qui tulit sententiam aduersus Augustan. confess. addictum, iudex rei proprius siue competens sit, & cameram imploret v. c. consistorium, cui subiectus est. Idem obtinet, si etiam catholicus in caussa contra Augustan. confess. addictum iudicasset, & iudex competens fuisset, v. c. si iudicasset dominus catholicus in caussis ecclesiasticis subiectorum protestantium qua iudex eorum ecclesiasticus secundum principia MOSERI (§. IIII. (n.)), quod sane contingere posset, si Dominus eiusmodi non potens satis esset, subiectos sibi coereendi; aut etiam si iudex ecclesiasticus catholicus v. c. officialis iudicasset ut iudex competens in caussa super re spirituali vere tali controuersa, scilicet petitorio decimarum, aut aduersus emphyteutam, colonum, censuarium vel rusticos Augustan. confess. addictos, possessoresue bonorum ecclesiasticorum, vbi in rem eius fundata esset iurisdictionio. In omnibus enim hisce eventibus relligionem rei siue contumacis nihil ad rem facere, nec pacem relligiosam, nec aliud quidquam obstatre statuit, & latius quaestione, si iudex secularis Augustan. confess. tunc opponat iurisdictionem officialis ut incompetentis iure sperni, deducit GYLMANN. l. l. pag. m. 61. Addit tamen in caussa W. contra Z. de hac re acriter disputatum, & ob vota disparia imo omnino contraria caussam hanc tandem compositam esse. Generatim res a competentia, ut vocant, iudicis eccles. qui tulit sententiam, pendet, quae, si firmo stet talo, relligio contumacis nil impedit. Si vero competens non sit iudex eccl-

diata decerni possit exsequutio (nn), & 13.) caussa, in qua lata est sententia, ecclesiastica sit (§. LVI. n. VII.), adhibitaque 14.) omni iudicis ecclesiastici potestate reus cohiberi nequiebit (§. LVI. n. V. VI.), quod vel ideo 15.) in precibus ea propter ad cameram delatis speciatim erit indicandum (oo), quum in subsidium iudicis ecclesiastici hic solum intercedat camera, nec officium suum hoc modo aduersus contumaces in caussis ciuilibus interponat.

§. LXXIII.

Recte igitur DECKHERRUS (pp): „Tamen metsi (inquit) iudex ordinarius aduersus reum fractarium subditum superiorem certissimo iure, ut aliquando practicatur, implorare possit, de iudice laico tamen brachium seculare inuocante insolens est (& contradictionem inuoluit) dictio.

ecclesiasticus ad cuius sententiae exsequutionem imploratur camera, omnia corruunt, quae antea deduximus principia (§. LXXI. & LXXII.) adeoque camerae etiam auxilium. Sententia enim a iudice incompetente lata, vtpote nulla non potest dici sententia, & recte ab eo aduersus quem est lata, spernitur, nec iudicis tum auctoritas contemnitur, quippe quae non adest, nec ideo, quod contemnatur, dici potest. Vid. & (§. LIII. g.)

(nn) DECKHERR l. l.

(oo) ADSESSORES ad ordinat. camer. l. l.

(pp) l. l. n. 4. pag. 499. monument. leſt. camer. antiquae.

64 CAPVT II. *De camera imperii in*

„dictio. Delegatum enim iudicem etiam si sumas,  
„ille aut delegantem aditurus erit , aut si hic  
„etiam succurrere non possit , & ipse hunc im-  
„mediate repraesentet vel solus vel socius , in  
„camera iuuabitur , semperque casus hic ab illo  
si non effectu re ipsa tamen diuersissimus manebit.

§. LXXV.

Quumque in caussis ecclesiasticis camerae  
sic fiat imploratio (§. praeced.) , fieri id poterit  
**16.**) in omnibus caussarum ecclesiasticarum spe-  
ciebus supra (§. XXVII. seq.) recensitis , adeo-  
que matrimonialibus & aliis , de quibus capite  
primo facta fuit mentio , quemadmodum & sic  
ex caussis (§. LXVI.) relatis primam & alteram  
matrimonialia fuisse negotia licet coniicere , eas-  
que simul ideo ad cameram hac ratione deuolu-  
tas fuisse , quod iudex intermedius ciuilis aut no-  
luerit , aut nequiuierit partem contumacem coer-  
cere. (qq) (§. LXX. n. 5.)

§. LXXVI.

Ad haec quia hac in re ad iuris factique  
evidentiam ex vna , summam vero iniuriam ex  
altera parte , vt in aliis mandatorum caussis re-  
spicit

(qq) Inscriptionem enim caussarum si species utraque  
pars mediata fuisse videtur , vbi camera mandatum  
decernere haut potuisset , nisi iudex immediatus  
simul concurrisset.

spicit camera, (§.LXX. n. 3.) normasque iudi-  
candi eapropter sibi positas obseruat (§. LXXI.  
n. 6.), facile patet 17.) necessarium esse, vt de  
processus ordine ante sententiam obseruato (rr),  
de iudicis competentia, vt vocant, (§.LIII. g.)  
& (§.LXXIII. m.m.), causae qualitate (dict.  
§.LXXIII. n. 13.) tempore legitimo post sen-  
tentiae publicationem lapsi (ss) eidem constet,  
sicque vera rei contumacia (§. LVI. n. 4.) ad  
pareat, quod proinde precibus eapropter spe-  
ciatim, iuncta simul sententia erit inferendum.

§. LXXVII.

Quae omnia vero, vti statim manifesto  
adparere vix possunt, facili simul negotio red-  
ditur ratio, quare 18.) camera his in eventibus  
aliquando quidem sine (tt), plerumque tamen

I cum

(rr) ADSESSORES ad ordinat. camer. l. l. cap. dilecto de  
sentent. excomm. in 6. BARTOL. in l. a diuo Pio §. sen-  
tentia D. de re iudic. OLDRAD. cont. 89.

(ss) Alias enim non vere contumax esset is, qui succu-  
buit, quod tamen requiritur (§. LVI. n. 4.) Ad  
haec per legitimum tempus a sententiae publicatione  
elapsum non tantum intelligimus lapsum decennii,  
(sententia enim debet esse in rem iudicatam prolapsa  
GYLMANN. l. l.) sed etiam lapsum temporis, quod  
ordinarie adhuc dari debet ad parendum. DE ZWIER-  
LEIN l. dissertat. prima cap. 2. §. 30.

(tt) GYLMANN. l. l. prouti sic decretum fuit in causa  
memo-

*cum clausula* mandata exsequitorialia & quidem iam olim etiam sub mulcta tantum (*uu*) decreuerit & adhuc porro decernat, maxime si iudex ciuilis iam requisitus cameraeque inferior concurrat, (*§. LXX. n. 5.*), qui exsequutionem non fecisset. (*vv*) (*§. LXXII. n. 9.*)

*§. LXXVIII.*

Modum procedendi **19.**) eumdem demum esse ac in aliis mandatorum cum clausula caussis, quilibet simul inde perspiciet, limitesque pariter **20.**) iurisdictionis cameralis cognoscet, quae **21.**) vltra exsequutionis terminos haut (*xx*), minimeque in ipsius caussae principalis, vt vocant, merita sese extendunt. (*§. LVI. n. 8.*)

*§. LXXVIII.*

memorata *Luciae Bucknerin* contra *Adamum Keck* pharmacopolam F. *Cum clausula ea plerumque decerni testatur DECKHERR. ad TENNAGEL. l. l. n. 1.*

(*uu*) *TENNAGEL. l. l. n. 2.*

(*vv*) *TENNAGEL. l. l. „ ne scilicet dignitas (*inquit*) iu- „ dicis laedi videatur , cum & multa subesse possint, „ vt aut exsequutionem facere nequeat, aut cogi non „ debeat , aut (*est additio DECKHERRI*) sententia „ eiusmodi dubiae conditionis sit , vt exsequutionem „ paratam non mereri possit.*

(*xx*) *PETRVS MÜLLER de cit. subsid. cap. 3. thes. 9. pag. 39.*  
argum. simul *L. 8. Cod. de exsequit. rei indicat. Add.*  
*ANTON. FABER lib. 7. Cod. tit. 20. def. 9. & DE*  
*ZWIERLEIN l. l. §. 29.*

§. LXXVIII.

Quodsi ergo , quatenus de exceptionibus in ipsa exsequutione adhuc obmouendis cognoscere possit camera ? quaestio sit , 22.) distinctione res exhaustiri potest.

§. LXXX.

Vel enim ipsam exsequutionem solum ut v. c. *solutionis* , *compensationis* &c. vel ordinem eius respiciunt , & in nudis exceptionibus facti consistunt , aut contra ipsam sententiam sunt directae . Priori casu 23.) cameram omnino de iis iudicare , posteriori vero 24.) caussam eate- nus remittere debere ad iudicem ecclesiasticum ex antecedentibus (§. XXXXIII.) iam liquet.

§. LXXXI.

Ceterum 25.) exsequutio , quod ad formam eius attinet fit secundum normam iuris ciuilis . (yy)

I 2

§. LXXXII.

(yy) DE ZWIERLEIN l. l. Add. MYNSINGER centur. III.  
obseruat. 69. GAIL. lib. I. obseruat. u3. n. 8. & lib. II.  
obseruat. 17. & L. 15. §. 4. D. de re iudicat. Iure ciuili  
exsequutori interpretatio saltem conceditur ratione  
exceptionum in ipsa exsequutione adhuc oppositarum  
& contra ipsam sententiam directarum L. 4. §. 1. D.  
de adpellat. , quod hic tamen obtinere non videtur  
ob rationem (§. XXXXIII.) memoratam.

## §. LXXXII.

Ipsa requisitio proprie alias fit a iudice (§. LVI. n. 3.) ; Nec enim si a parte ipsa fieret, requisitio dici posset , sed imploratio , quae vel actionem rei iudicatae vel actionem in factum includit (§. L. c.). Quoniam tamen mandata generatim petuntur a camera his in euentibus , (§. LXX. n. 4.) iisque tam iudici quam parti succurritur, nihil refert 26.) vtrum iudex ipse ecclesiasticus roget cameram , an vero 27.) iuncta tamen eius requisitione camerae supplex fiat pars ipsa (zz), dummodo 28.) vtroque in casu per procuratorem , vt ibi moris , obseruatis obseruandis (§. LXXII. LXXIII. LXXV.) desiderium , supplicando , vt in reliquis supplicationum pro mandato exsequitoriali cauiss exponatur , & rogationis in modum concepta fit requisitio , vt de inuocatione brachii secularis in genere iam est iuris (§. LVI. n. 2.).

FINIS.

ADDEN.

(zz) Videtur tamen: aliter sensisse veteres, TENNAGEL. l. l. n. 3. Add. DECKHERR, *ibid.*

## A D D E N D A.

(§. XVI. seq.)

**I**Am obseruauimus, non tolerare cameram, vt quis, negotia mere ciuilia pertrahat ad iudicem ecclesiasticum *qua talem*, quod ne fiat, ipse etiam imperator augustissimus in lege regni sibi oblata (vulgo *capitulatione*) artic. 14. §. 4. cauere solet. Vt ergo euidenter adpareat, cameram iam a primis eius incunabulis operam dedisse tollendis ex hac re plerumque oriundis abusibus, refecandisque prouocationibus ad fora ecclesiastica in caussis ciuilibus, subiicere iuuabit mandatum eapropter antiquissima camerae aetate iam relaxatum, quod forte primum fuit huius generis, quo vindicauit iudicium hac in re commissam sibi, sed adpetitam ab ecclesiasticis in negotio mere ciuili supremam iurisdictionem.

## A D P E N D I X.

Num. 1.

Kaiserliches Mandat de desistendo ab illico recursu ad curiam Romanam, in Sachen von Glottow, wider das Gotteshaus Debbertin vom 26ten Octobr. 1507.

**M**Er Maximilian von Godes Gnaden Romischer König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, &c. &c. Entbieten den Ehrsamien und Geistlichen Unsern  
I 3 Lieben

Lieben Andächtigen Probst , Priorn und Convent des  
 SÖtthaus zu Debvertin , Unser Gnad und alles Gut ;  
 Lieben Andächtigen ! An Unserm Königlichen Cammer-  
 Gericht haben Unser und des Reichs lieben Getreuen  
 Hartweig Dieterich und Caspar von Flottow Gebrüder  
 flagend fürbringen lassen , wiewohl sie Unser Königlich  
 Cammer - Gericht oder die Hochgebohrnen Unser liebe  
 Oheim und Fürsten , die Herzogen von Meckelburg , unter  
 den sie zu Recht wohl gesessen seyn , als ihre ordentlich  
 Oberkeit nie gestohlen oder Rechts gewaigert , so sollet ihr  
 doch solchs unangeschen bey Unserm Heiligen Vater dem  
 Pabst mit ungegründem Fürtrag , als ob ihr um etlich  
 Eintrag und Errung , so sie euch an euern Gerechtigkeit  
 oder Besitz der Dörffer Cexaw und Pinckaw thuen , or-  
 dentlich und nothdürftig Recht nicht erlangen mögen ,  
 einen Geistlichen Auditor oder Richter  
 darumb erlangt , und vor denselben Rechtfertigung und  
 Proces wider sie fürgenommen haben , und üben , Ihnen  
 zu mercklichen Nachtheil und Beschwehrungen und darauf  
 darmit sie bey Ihrem ordentlichen Gericht und Rechten ,  
 des sie erbietig seyn , bleiben mögen , umb nachfolgend  
 und ander nothdürftig und gebührlich Hilff des Rechten  
 demütiglich anrufen und bitten lassen . Wann nun solch  
 Fürnehmen gemeinen Rechten , auch Unsern  
 und des Reichs - Ordnungen ungemäss ,  
 und den gemelten von Flottow darauf nachfolgend Man-  
 dat wider Euch erkant ist . Darumb so gebieten Wir  
 Euch von Romisch - Königlicher Macht , auch Gerichts-  
 und Rechts wegen bey Pöne Zwanzig March Lüthigs  
 Goldts , halb in Unser Königliche Cammer , und den an-  
 dern halben Theil denselben von Flottow ohnabelich zu  
 bezahlen hiemit ernstlich und wollen , daß ihr in zweyen  
 Monathen , den nächsten nach dem Euch dieser Unser Kü-  
 niglicher Brief geantwort oder verkündt wird , ob bes-  
 rührt

rührte Euer Rechtfertigung, Proceß und  
Fürnehmen am Päpstlichen Hoff abstellen  
oder abzustellen verwilligt und verfügt, auch  
darin nicht ferner wider die genanten von Flottow ansucht,  
handlet oder procediret, sondern sie bey Lands- und or-  
dentlichen Rechten, das Euch gestatt werden soll, bleiben  
lasset, und darin nicht anders thut, als Lieb Euch sey,  
obgemelste Pön und ander Unser und des Reichs Ugnade  
und Straff zu vermeyden. Darauf thut ihr Unser ernst-  
lich Meynung. Wo ihr aber hierin einig Beschwerung,  
oder redlich Ursach darwider zu haben vermeynten, als-  
dann so heischen und laden Wir Euch von berührter Kün-  
niglicher Macht gebietende, daß Ihr auf den Sechzigsten  
Tag, den nächsten nach obgemelter Ueberantwortung  
oder Verkündung, der Wir Euch Zwanzig für den ersten,  
Zwanzig für den andern, und Zwanzig für den dritten  
und letzten Rechttag sezen und benennen peremptorie, oder  
ob derselb Tag nicht ein Gerichts-Tag seyn würde, den  
nächsten Gerichts-Tag darnach selbst oder durch Euern voll-  
mächtigen Anwaldt an gedachtem Unserm Cammer-Ge-  
richt erscheinet, solch Euer Beschwerung und Ursach für-  
zubringen, und darauf Termiu und Recht-Tagen bis zu  
endlichem Endscheid auszuwarten. Wann ihr kommtet  
und erscheinet, alsdann also oder nicht, so wird nichts dest-  
minder auf des gehorsamen Theils oder seines Anwaldts  
Anrufen und Erfordern, hierin im Rechten gehandelt  
und procedirt, als sich das nach seiner Ordnung gebürth.  
Darnach wissent Euch zu richten. Geben zu Regenspurg  
am Sechs und Zwanzigsten Tag des Monath's Octobris,  
nach Christi Geburth Fünfzehn Hundert und im Siebenden  
Unserer Reiche des Römischen im Zwen und Zwanzigsten,  
und des Hungerischen im Achtzehnenden Jahren.

*Ad mandatum domini regis proprium.*

Ambrosius Dietrich, protonotarius.

*Num. 2.*

## Num. 2.

**B**Reuis historia caussae *Wolfgangi principis praepositi in Ellmangen ut & Valentini & Theodorici Echterorum a Mespelbronn, contra consules, magistros ciuum & senatum Halensem in Suevia ratione decimarum in paroecia Steckenburg & Anhausen coram Joanne Theodorico ab Ernberg consistorii Herbipolensis officiali anno 1601. coptae tamdemque decisae iuncta ipsa fententia directaque ad cameram imperii in vim brachii secularis inuocatione, vna cum decretis ad hanc rogationem a camera exsequitorialibus. Anno 1601. 11. Aprilis libellum supplicem hac in causa officiali Herbipolensi exhibuit nomine DD. actorum maister *Georgius Neidling* consistorii Herbipolensis procurator. Nomine reorum adfuit *Magnus Graius* consistorii eiusdem procurator, qui postquam ad producendum mandatum & exceptiones terminum quidem petiisset, sed elabitu eum siuisset, post litem ex officio pro contestata acceptatam & datum actoribus terminum ad probandum produxit demum exceptiones fori declinatorias :*

- 1.) Quod rei e numero essent ordinum imperii & quidem
- 2.) variis adhuc priuilegiis dotati proindeque
- 3.) non solum hoc ex capite sed &
- 4.) per pacis religiosae tabulas iurisdictioni Herbipolensi nec in sacris nec profanis subiecti, maxime
- 5.) in caussa hac circa *noualia* controuersa, quae
- 6.) non tantum ex natura sua ad forum ciuale, sed &
- 7.) vel ideo ad cameram imperii ex connexionis caufarum fundamento pertineret, quia
- 8.) aliae iam lites ea de caussa ortae in supremo hoc iudicio inter eos dominosque actores verterentur, eoque essent deuolutae.

Sed probatione a dominis actoribus his non obstantibus suscepta factaque, reisque peremtorie adhuc citatis non  
vero

vero comparentibus primo interloquutus est iudex, tandemque in contumaciam contra ciuitatem Halensem tulit sententiam; quam, cum omnibus remediis adhibitis exequi non potuisset, cameram imperii, in vim brachii secularis requisuit sequenti rogatione:

*Requisitio camerae in vim brachii secularis ab officiali Herbipolensi facta.*

**R**Euerendissimo ac illustrissimo principi ac domino camere imperialis iudici officialis curiae episcopalnis Herbipolensis salutem in domino. Noueritis non ita pridem in causa decimarum inter reuerendissimum quoque principem ac dominum *Joannem Christoporum* administratorem praepositurae Elwangensis, ac nobiles & strenuos viros & dominos *Echters* consortes, actores ex una, nec non magistros ciuium, senatum, totamque communitatem in Hall, reos conuentos ex altera parte, de & super iure decimandi in certis quibusdam locis & actis latius expressis, coram nobis versa & agitata, in contumaciam reorum non comparentium decima octava die mensis Augusti anni 1603, proxime elapsi, pro ipsis actoribus contra & aduersus reos conuentos, sententiam definitiuan a nobis latam esse sub hac quae sequitur, verborum serie:

In causa decimarum pendente inter reuerendissimum principem ac dominum dominum *Wolfgangum* praepositum ac dominum in Ellwangen, nunc reuerendissimum dominum *Joannem Christophorum de Westerstetten* coadiutorem atque administratorem nominatae praepositurae Ellwangensis, nec non nobilem *Valentinum Echterum de Mespelbronn* &c. pro se ac tutorio nomine, aliosque dominos contutores, prolium quondam nobilis *Theodorici Echters de Mespelbronn* &c. fratri sui actores ex una, & consules seu magistros & senatum ciuitatis Hallensis Sueviae reos ex altera partibus, nos ad nostram definitivam

K

senten-

sententiam processimus, eamque in scriptis tulimus & promulgauimus, sub hac, quae sequitur verborum serie: visis libello decreto competentiae, documentis exhibitis, aliisque actis in contumaciam reorum habitis CHristi inuocato nomine pro tribunali sedentes, atque in contumaciam dominorum reorum causam pro conclusa habentes, per hanc sententiam definitiuam, quam in his scriptis ferimus, de iuris peritorum consilio pronunciamus ac declaramus, decimas tam maiores quam minutas, tam praediorum antiquitus cultorum, quam noualium in pagis Velberg Eschenaue cum suis pertinentiis Schneckenweiler & Steinhag in Talheim cum pertinentiis villarum, Neuberg & Bonetshoff, in Hueblach (tertia parte excepta, quae titulo permutationis translata dicitur) & tertiam partem decimarum in minori Altorff ecclesiae parochialis S. Martini in Stockenburg, praeterea decimas in Jagkrod & Hohenstad, adiuncto molendino Neubron, duas partes decimarum ex tribus in Obern - Scheffach & Stadel, item in Sulzdorff & tertiam partem decimarum in Buch adiuncto molendino Kapolten, & in Zimmern sub ecclesia Onhausen (cum in aliis locis dictarum parochis atque ecclesiarum hoc tempore nullum praestari impedimentum dicatur) ad actores tanquam patronatus habentes, ac respectiue iure feudi deuoluti vel concessi (prout singulis in designatione partes tribuuntur) pertinere, ideoque reis conuentis non licuisse nec licere eosdem actores in perceptione tam noualium quam aliarum decimarum molestare, sed ab omni impedimento ac molestia abstinere, eoque nomine vterius non turbando cauere, & fructus tam perceptos, quam percipiendos a tempore coepio litis restituere debere, prout actores singulos pro designata sua quota dominos declaramus, ac reos conuentos ad abstinentium, caendum, ac respectiue restituendum, necnon in expensas litis moderatione nostra salua condemnamus, lecta, lata, & in scriptis

scriptis promulgata fuit, & est haec praesens nostra sententia per nos Herbipoli in loco nostro consistoriali, hora vesperarum, vel circiter, qua ibidem ad iura reddendum & caussas audiendum pro tribunali sedimus sub anno a nativitate domini 1603. die vero lunae 18. mensis Augusti.

Cum autem in hac eadem sententia per ipsos reos condemnatos vel eorum nomine intra legitimum tempus minime prouocatum, appellatumue sit, sed ipsa sententia in rem iudicatam transiret, ad instantiam dominorum actorum contra reos contumaces executoriales sub certa poena decreuimus, iisdemque legitimo modo insinuari curauimus, prout de earum executione seu insinuatione nobis legitime extitit facta fides, sed quia saepe dicti rei conuenti, non attentis huiusmodi executorialibus in sua contumacia, prout antea perseuerent, neque censuris ecclesiasticis ad parendum ac satisfaciendum sententiac compelli possint, easque negligant, & contemnant, illiusque tanquam immediate imperio subiecti, alios iudices agnoscere nolint, ea de caussa petiit praefatorum dominorum actorum procurator, quatenus in tantam reorum contumaciam brachii saecularis iuocationem iuxta praedictarum literarum executorialium, vim, formam, & tenorem, eidem decernere dignaremur.

Nos igitur attendentes petitionem huiusmodi iustum, & rationi consonam esse, quodque in iis casibus, uti deficit ecclesiastica potestas, recurri possit ad auxilium saeculare, vt vna iurisdictio per aliam adiuvetur, maxime quando constat de competentia seu iurisdictione iudicis ordinarii, & ipsum pro executione fecisse, quod pro qualitate officii sibi incumbentis facere potuit, & debuit. Pars autem condemnata nihilominus in sua contumacia persistat, brachium saeculare omnium ultimum, atque adeo extremum remedium esse debeat.

K 2

Idcirco

Idcirco reverendissimam celsitudinem vestram tenore praesentium requirimus, vt in iuris subsidium contra saepe dictos reos contumaces per mandata executorialia in camera consueta sub poena banni vel saltem pecuniaria insurgatis, & alios insurgere faciatis, vt sic tandem in hac causâ decimarum mere ecclesiastica ad obedientiam & satisfactionem sententiae consistorialis debito modo redigantur, & compellantur.

In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium praemissorum praesentes huiusmodi nostras literas brachii saecularis inuocationem in se continentis exinde fieri, & per notarium publicum, nostramque in huiusmodi caufsa coram nobis scribam infra scriptum subscribi mandauimus, nostrique officialatus officii sigilli impressione iussimus & fecimus communiri.

Datum & aetum Heripoli in loco nostro consistoriali hora vesp. vel circiter, qua ibidem ad iura reddendum, & cauſas audiendum pro tribunali sedimus, sub anno a nativitate domini 1604. die vero 19. mensis Martii praesentibus consistorialibus.

Gallus Fleischberger, Consistor.  
Heripol. juratus Notarius.

Ad quam requisitionem camera exsequitoriales decreuit:  
**Wir RUDOLPS der Andere, erwehlter von Gottes Gnaden Römischer Kayser, zu allen Zeithen Mehrer des Reich, in Germanien, Hungarn, Boheim, Dalmatien, Croatiens, und Sclavonien, König, Erz-Herzog zu Oesterreich, Herzog zu Burgund, Steyer, Kärndten, Crahn, und Würtenberg, Graf zu Tyrol, &c. &c.**

Entbie-

Entbiethen Unseren und des Reichs Lieben Getreuen  
N. N. Stadt - Meistern, Rath und Gemeind der Stadt  
Schwäbisch - Hall. Unsere Gnad und alles Guts.

Liebe Getreue !

Unserem Kaiserlichen Cammer - Gericht haben der Chr-  
würdig Unser und des Reichs Fürst und Lieber An-  
dächtiger, Johann Christoph, Probst des Ottes-Haus  
Ellwangen, so dann Valentin Echter von Mespelbronn,  
Fürstlich-Würzburgischer Amtmann zu Aschach, für sich  
selbst und als Vormund Weyland Dieterichs Echters von  
Mespelbronn hinterlassener Kinder supplicirend zu erken-  
nen geben ;

Dennach Sie gegen und wider Euch kurh verschie-  
ner Jahren, vor dem Fürstlich - Würzburgischen consisto-  
rio zu Würzburg als ordinario iudicio dahier, dann dieß  
und andere dergleichen Geistliche Sachen ohne Mittel ge-  
hörig, um und von wegen etlicher Noval und anderer Ze-  
hend zu und in den Pfarren Stockenburg und Ahauzen  
gelegen, und respectiue in Recht erwachsen, und gericht-  
lichem Proces nach so weit verfahren, daß usf gethanen  
Definitiv-Beschluß, und in contumaciam den Achtzehenten  
Augusti anno Sechszehen Hundert und Drey, jüngsthin  
ein End-Urtheil für Sie Klägere gegen und wider Euch  
dergestalten eröffnet und ausgesprochen worden, wie vor-  
gezeigte Beilage Num. I. mit mehreren ausweise, und  
zu erkennen gebe ;

Ob nun wohl Sie obgemeldtem Geistlichen con-  
sistorio emsig angehalten, und gebetten, daß jetzt berühr-  
ter End-Urtheil ins Werk gesetzt, und schleunig vollzogen  
werde, desshalb auch wider Euch executoriales sub com-  
minata poena den executorialibus einverlebt, ad faciendum  
partitionem praefatae sententiae erlangt, und Euch durch

gewöhnlichen Gerichts-Botten insmirt worden, so hätte doch solches alles bisher bey Euch im geringsten nichts verfangen, noch fruchtbarlich abgehen wollen, sondern wäre so wohl das consistorium utpote iudicium competens & ordinarium, als auch Sie Klägere durch nicht Leistung desselbigen so judicialiter erkannt, und zu vollziehen man-dirt, sammt anderen hierunter verursachten Kosten, Schäden, und interesse jederzeit wider alle Recht und Willigkeit freuentlicher mutwilliger Weis von Euch bisher be-schwehrlich verachtet, beleidiget, und noch damit ussgehals-ten, und derwegen Ihr Beklagte Euerer nicht geleisten Parition halben in die denen executorialibus einverleibte Poen und Geld-Straff erkannt, und declarirt worden.

Wann dann ein solches jetzt erzehltes alles in Grund und Wahrheit also und anders nicht beschaffen, und wider Eures vielfältig hoch-sträflichen Ungthorjams alle be-rührte Proces in rem iudicatam ergangen, das geringste auch durch einige Appellation jemahls suspendirt, dann aber die ordentliche Richter als nothwendig ihres Amts in Recht gebührender maßen bis zum äussersten Berricht, also dass Sie weiter hierinnen nichts fürnehmen können, oder mögen, wie solches aus dem sub num. 2. vorgewie-senen subsidialibus pro imploratione brachii saecularis mit mehreren zu vernehmen, und aber vergebentlich wäre Ur-thel und Recht zu sprechen, da dieselbe nicht sollten, zu Ihrer wirklichen Execution gebracht, und vollzogen werden, auch in dergleichen Fällen, ubi deficit ecclesiastica potestas, wohl vorstehen, und gebräuchig, vt recurratur ad auxilium saeculare ad hoc vt vna iurisdicatio per aliam adiuvetur brachium saeculare omnium ultimum atque adeo extremum remedium esse debeat, und dann Ihr kei-nen anderen unmittelbaren Richter, als berührt Unser Kaiserlich-Cammer-Gericht erkennen wollen, also des-selben

selben iurisdictio dadurch genugsam fundirt, und in diesem und dergleichen Fällen mandata executorialia sine clausula bey nahmhafter Straff erkennt werden mögen, und sonst nirgends als daselbst nunmehr die endliche Hülfe Rechtens zu belangen.

Solchemach um diese Unsere Kayserliche executorialies wider Euch zu erkennen, und mitzutheilen, einsiges und unterthäniges Fleisches anrufen und bitten lassen, auch erlangt, daß ihnen dieselbe uff heut datum erkant worden ist.

Hierum so gebiethen Wir Euch von Römisck-Kayserlicher Macht bey Poen Zehn Mark Lüthigen Goldes, halb in Unsere Kayserliche Cammer, und zum anderen halben Theil Ihnen Klägeren ohnnachlässig zu bezahlen, hiermit ernstlich und wollen, daß Ihr in Sechs Wochen, und Dreyen Tagen, den nächsten nach Ueberantwortung oder Bekündung dies Briefs ohne Verzug und Einred so wohl obangeregter Fürstlich-Würzburgischem consistorio gefällter - und in rem iudicatam erganger Urtheil würtkliche Folge, Vollziehung, und ein Genußung thut, als auch die den darüber erlangte - in executorialibus einverleibte Poen erleget, bezahlet, und richtig macht, hierinnen nicht sämig, hinterstellig, oder ungehorsam seyet, als Lieb Euch seye, vorbestimmte Poen zu vermeiden.

Daran thut Ihr Unsere ernstliche Meynung.

Wir heischen Euch und laden von berührter Unserer Kayserlichen Macht, auch hieinit, daß Ihr uff den Sieben und Zwanzigsten Tag, den nächsten nach Ausgang obangeschickter Sechs Wochen und Drey Tagen anzurechnen, deren Wir Euch Neun vor den Ersten, Neun vor den Anderen, Neun vor den Dritten, Letzten und endlichen Rechts-

Rechts - Tag sezen und benennen peremptorie, oder ob derselbe nicht ein Gerichts - Tag seyn würde, den nächsten Gerichts - Tag darnach selbst, oder durch einen vollnächtigen Anwalden an demselben Unserem Kaiserlichen Cammer - Gericht erscheinet, glaubliche Anzeige und Beweis zu thun, daß diesem Unserem Kaiserlichen Gebott alles seines Inhalts gehorsamlich gelebet seye, oder wo nicht als dann zu sehen und hören, Euch um Eueres Ungehorsams willen, in vorgemeldter Poen gefallen seyn, mit Urtheil und Recht sprechen erkennen und erklären, oder aber beständige erhebliche Ursachen, ob Ihr einige hättet, warum solche Erklärung nicht geschehen soll, fürzubringen, und endlichen Endschied darüber zu gewarten.

Wann Ihr kommtet und erscheinet als dann oder nicht, so wird doch nichts desto weniger auf des gehorsamen Theils, oder seines Anwalds Anrufen und Erfordern hierinnen in Rechten mit gemeldter Erkundung, Erklärung und anderem gehandlet, und procedirt, wie sich das seiner Ordnung nach gebühret: darnach wisset Euch zu richten.

Geben in Unser und des Heiligen Reichs - Stadt Speyer den 4ten Tag Monaths Julii, nach Christi Unseres Lieben Herrn Gebuhr, im Sechszehn Hundert und Vierten, Unserer Reiche des Römisch - und Böheimischen im Neun und Zwanzigsten, und des Hungarischen im Zwey und Dreyzigsten Jahre.

*Ad mandatum domini electi  
imperatoris proprium.*

Casparus Schelhammer, Dr.  
iudicij imperialis camerae protocollarius.

Sed






Ko 2065<sup>h</sup>

(X2258322)





## Farbkarte #13

B.I.G.

24 ) o ( 22 7

John Foxe  
W. C. Braint



I. N. I.

## C A P V T I.

*De statu iurisdictionis sacrae sue ecclesiasticae in Germania, comparate ad iudicia imperii, caussisque ecclesiasticis a supra eorum iurisdictione exceptis.*

### §. I.

**Q**uemadmodum vetusta iam est illa clericos inter & laicos (*a*), ut audiunt, sacerdotium inter & imperium (*b*) distinctio, ita dispar est, & inualuit iam pridem caussarum ciuilium atque ecclesiasticarum ratio.

(*a*) S. HIERON. epist. ad Nepotian. vid. quoque PETR. DE MARCA de discrimin. cleric. & laic.

(*b*) HOSIVS Cordubensium antistes ad Constantim. M. SOZOM. histor. eccles. lib. VI. cap. 7. S. IOANN. DAMASCENVS orat. II. de imag. IVSTINIAN. IMPER. nou. 6. pr. PETRVS DE MARCA, qui de concord. facerdot. & imper. integrum tractatum. Parisiis. 1641. 4to. edidit; qui postea ibidem 1663. & 1704. auctus & in folio recusus est.

Hb 2065 b

